piſſe atq̄ inter ſacerdotum manus deo animā reddidiſſe. Felix ſpūs qui tante rei q̄nta geſta eſt apud albā tū
cius atq̄ auctor migrauit in celū. Latiſlaus qui ex tutela iam pridem imꝑatoris emiſſus ⁊ in paterna re-
gna receptus turchoꝝ metu ex hungaria in auſtriā ſe contulerat. audita turchoꝝ ſtrage ⁊ gubernatoris mor
te quo cū cilie comes apertum gerebat odiū impellente ipo comite qui veluti ſublato emulo letabundus id
nuncij audiuerat. rurſus in hungariam redijt. ſed dum apud albam ſpolia turchoꝝ ⁊ interemptoꝝ hoſtiuꝫ ca
dauera inſpicit comes ipe cuius caput erat a rege ſecundum. ⁊ qui iam ſolus tanq̄ꝫ regis auuncul⁹ leges hū
garis preſcribebat. A ladiſlao huniadis filio in caſtro regio obtruncat̄ inde necem conſecut⁹ vnde ſperauit
imperium. Offenſus ea re mirūimmodum regius animus dolorem tamen ſuppreſſit nec dubitauit auuncu
lum iure ceſum fateri. Cadauer defuncti in ciliam miſſum eſt. rex budam ſe contulit vbi ſecutos curiam huni
adis filios in carcerem rapi iuſſit. ꝑcuſſoremq̄ comitis ladiſlaū natu maiorem capite plecti. Mathiā captiuuꝫ
duxit in auſtriam. ⁊ profectus in bohemiam penes eū ſequi mandauit. ipe paucos dies prage morat⁹. ſiue
morbo peſtifero vt pleriq̄ tradidere. ſeu veneno vt alij affirmant diē obijt. nobiliſſim⁹ ſanguis paterna ori-
gine ac materna ex imꝑatoribus ortus. Mathias qua die rex clauſit oculos eadem pragam applicuit. quem
Georgius gubernator in cuſtodiam ſuā recepit. Corpus latiſlai apud proauum Carolum quartū romanoꝝ
imꝑatorem in arce pragenſi atq̄ in ede ſancti viti reconditum eſt. Defuncto latiſlao rege hungari ad ele-
gendum ſucceſſorem ad kal'n. ianuarias diem conſtituunt. Proceres apud budam frequenter conueniūt in-
ter quos michael zylagi magna militū ſtipatus caterua ꝑſto adeſt. xiij. milia equitū. peditum. vij. milia eum
ſecuta ferunt̄. quibus ſtatiua in peſta fuerunt. Michael frater cōiugis huniadis ⁊ mathie auuncul⁹ fuit. cui
ꝓpter necem ladiſlai nepotis cū pleriſq̄ regni baronibus acerrime ſimultates erant his potentia eius haud
paruū ingeſſit terrorem. nec iam ꝑculſa metu contio liberam regis electionem futuram arbitrabat̄. Michael
v̄o conuentū adiens non ſero circa armatos adduxiſſe ait. nō vt vim congregatis inferat ſed vt eos deterre-
at. ſi qui ſint qui libertatem principum ac populariū in aſſumendo rege ꝑturbare conent̄. Illud tm̄ ſe velutí
vnum ex regni accolis monere vt Johannis huniadis beneficia meminerint. qui vnus omnium turchoꝝ ar
ma ab hungarico regno depulerit. claraſq̄ gentis victorias peperit indigna ſuis meritis p̄mia reddita. ex
filijs eius alterū crudeliter occiſum. alterum in bohemia captum ſeruare poſſe. Barones memoriā iohānis
extollere mathiam ex captiuitate redimere atq̄ in eius regni faſtigio collocare. Quod pater ſua virtute huiuſ

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſet neqꝫ ferendum vt ad exteros ea poteſtas deferaꝛ̄ parcere ſe omnibus qui nepoti fuiſſent inſidiati. regni ſalutem ante oculos ponere ſi quem ꝓuincie vtiliorem eſſe arbitrenꝛ̄ nihil obſtare quo minus melior eligatur. fuit res aliq̄zdiu anceps cū baronum ſibi quiſqꝫ timeret. Poſtremo reconciliatiōe inter proceres facta cuius auctorē iohannē ſancti Angeli cardinalem virū doctrina ⁊ moribus excellentem. qui cū legatū agebat apoſtolicū tradidere. Mathias octo ⁊ decem natus annos nono kal'n. februarij inter. xl. milia virorū qui medio in danubio cum glacie conſtricto impatiētes magni ſecreti electionis exitū expectabant rex acclamatus. Nunc quiſquis hec legis ⁊ futura p̄dicito ſingulare proſus humane inconſtantie documentū Ex duobus adoleſcentulis etate moribuſqꝫ pene paribus. alter ex regio ſolio dū noue nupte thalamū exornat deferꝛ̄ ad tumulum. alter dum capitale iudiciū trepidus manet ex carcere vocaꝛ̄ ad regnum. Libertas eius ex gubernatore bohemie ſponſalitijs atqꝫ pactionibus empta referꝛ̄. Mirabile quod matrem repentina leticia nō examinauerit cū tot cladibus afflicta filium prius regem appellatū audiuerit q̄z vinculꝛ̄ exemptum in parte bungarie que tranſdanubium in ſeptentrionem porrigiꝛ̄ ⁊ nunc Sepuſium vocant olim gepide conſedere inſignis latro examites natione bohemus huſſitaꝝ peſtifera labe infect⁹ milites predandi cupidos vndecūqꝫ ad ſe venientes benigne collegit eoſqꝫ fratres appellauit. ⁊ vniuerſam regionem illā tributariam ſibi reddidit ex edificatis munitionibus locis oportunis. ex quibus modo in vnam modo in alteram partē diſcurrere poſſet. predas in fine cuiuſqꝫ menſis viritim diuiſit. ex quibus nō plus accepit qui totū menſem q̄z qui diem vnam ante diuiſionem in caſtris fuit numero fratrum aſcriptus. id ſibi ex euāgelio p̄ceptum affirmauit. quod in vinea dn̄i laborantibus ⁊ qui prima hora ⁊ qui vndecima venerant equā mercedem ꝓmittit. Hec ſocietas cū longe lateqꝫ rapinas ageret ⁊ iam q̄nqꝫ milia pugnatorū in armis haberet indieſqꝫ creſceret non aliter diſſipari potuit q̄z duce ip̄o Axamite ad ſtipendia ladiſlai regis vocato. Tranſiluana regio eſt vltra danubiū ſita quā daci quondam incoluere feroces populi. ⁊ multis romanoꝝ cladibus inſignes. noſtra etate tres incolunt gentes theutones. ſiculi ⁊ balachi. Theutones e ſaxonia origimem habent viri fortes ⁊ bello exercitati a ſeptem ciuitatibus quas inhabitant Sibenburgenſes patrio ſermone appellati. Siculi hūgaroꝝ vetuſtiſſimi credunꝛ̄ primi omniū qui ex bungaria veteri in hanc ꝓuinciam venerint. Eam ob cauſam q̄zuis agros ſuis colunt manibus ac rure viuentes greges pecoꝝ paſcūt. nobiles tn̄ appellāꝛ̄. ⁊ occurrētes iuicē alter alterū generoſun dn̄m ſalutāt. nec tributa pendūt. niſi quo anno rex bungarie coronaꝛ̄. tūc quot ſunt patreſfamilias tot boues regi tradunt. quoꝝ numerum ſupra. lx. miliū eſſe ferunt. Juſſi v̄o in bellū exire niſi pareant capitali pena plectuꝛ̄. bona fiſco applicanꝛ̄ Ualachi genus italicū ſunt quemadmodū paulopoſt referemus. paucos tn̄ apud tranſſiluanos inuenies viros exercitatos bungarie lingue neſcios. Jn hac ꝓuincia oppidum fuit quod Biſtriciū vocauere regie corone ſubiectum. Jd ladiſlaus rex cū Uienne ageret iohanni huniadi dono dedit. Tulerunt id egre oppidani diuqꝫ reſtitere. coacti tn̄ impata fecerunt. Et mortuo Johanne eiuſqꝫ filio ladiſlao bude occiſo Michaelem zylagi qui ꝓ Mathia altero iohannis filio regnū petebat turpiter reiecerunt. Jlle indignatus q̄z primum ladiſlai regis mortem accepit eo cū exercitu redijt vi oppidū expugnauit. rebellium ciuium alijs oculos eruit alijs manus amputauit alijs necem gladio intulit. oppidū incēdio deleuit. Jngreſſe ſunt paulopoſt tranſſiluanā turchoꝝ circiter tria milia p̄damqꝫ magnam abegerunt. pecoꝝ atqꝫ hominū quos inſecuti ſibinienſes ⁊ ip̄i theutones ad internitionē vſqꝫ deleuerunt. victores p̄da recuperata domum rediere Uix ciuitatem introierant. cū michael ex alia parte haud paruis ducēs copias affuit ciuitati exiciū parās que biſtricenſib⁹ aduerſū ſe opem tuliſſet. Sed cum Sibinienſes intra munitiſſimā vrbē ſe continerēt fruſtratus deſiderio ſuo minabundus receſſit. Apud hūgaros obijt etate noſtra Paulus vergerius iuſtinopolitanus grecis ac latinis litteris apprime inſtructus. cuius plura extant opera ab eruditis ꝓbata. Arrianus qui Alexandri magni geſta greco ſermone ↄſcripſit. Latinus ab eo redditus eſt hortatu Sigiſmūdi ceſaris. Scripſit de ingenuis moribus grecas ⁊ barbaras amicicias compauit aduerſus Malateſtaꝫ. qui maronis ſtatuam in foro mantuano deijci iuſſerat. nobilem inuectiuam edidit. Ex hūgaris qui ſtudia hūanitatis ſecuti euo noſtro claruerunt. duos nouimus iohannem ep̄m varadienſem. qui regni cancellariam obtinuit. Et alterum iohannem eius ex ſorore nepotē. qui ſub Guarino veronenſe grecas ac latinas litteras didicit. nec minus verſu q̄z ſoluta valet oratione. Horum tamen originem ſclauonicam ferunt. Scienciam iuris plurimi ꝓfeſſi ſunt. Jnter quos Dioniſius excelluit gente canyſia natus. qui ſtrigonienſē ſortitus eſt eccleſiam. honorem quoqꝫ cardinalatus vt ante diximus emeruit. Jn re militari Nicolaus wayda tranſiluanus. Michael vrſatius. ⁊ qui caliſium inuaſit Pangratius nomen adepti ſunt. Nunc clarus habetur michael zylagi ex alieua ruina magnus. Johannes huniades cuius nomē ceteros obnubilat nō tam bungaris q̄z valachis ex quibus natus erat gloriam auxit.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## Walachia



Ualachia per quã lata regio ẽ a tranſſiluanis incipiens vſqꝫ in Euxinuz protenſa pelagus plana ferme
tota ⁊ aquaꝝ indigua. cuius meridiẽ hiſter fluuius excipit. Septentrionem roxani occupant. q̊s nr̃a
etas rutheuos appellat ⁊ verſus fluuiũ thiram nomades ſcithaꝝ genus quos tartaros hodie vocitamus.
hanc terrã incoluere quondã gethe. qui ⁊ dariũ hiſtaſpis filiũ turpi fuga repulerũt ⁊ traciã pluribus cladi-
bus affecerũt. poſtremo romanis armis ſubacti ac deleti ſunt ⁊ colonia romanoꝝ que dacos coherceret eo de
ducta duce quodã flacco a quo flactia nuncupata. Exinde lõgo tp̃is tractu corrupto vt fit vocabulo valachia
dicta ⁊ pro flaccis valachi appellati. Sermo adhuc genti romanus eſt q̃uis magna ex parte mutat⁹ ⁊ ho/
mini italico vix intelligibilis. Inter valachas tempeſtate nr̃a due factiones fuere. altera danoꝝ. altera dra/
gulaꝝ. ſed hij cũ danis impares eſſent atqꝫ ab illis multifariã opprimerent turchos in auxiliũ vocauere. q̊ꝝ
armis adiuti danos pene ad internitionẽ deleuerũt. Danis võ iohãnes huniades hungaroꝝ impio fretus
opẽ ferẽs nõ tã illos reſtituit q̃ꝫ ſibi ipi claritetẽ ⁊ opes acq̃ſiuit. Quippe q̃ danoꝝ agros ex ptãte turcho-
rũ ereptos ⁊ ſibi ⁊ poſteris perpetua poſſeſſiõe retinẽdo occupauit. Ualachi ⁊ iſulas hiſtri accolũt. inter q̃s
peucen inſulam apud veteres fama notaui. Et in tracia q̊ꝫ ſedes habent. valachorũ pars turchorũ imperio
pars hungaris paret. nõ me latet difficilimam eſſe prouinciarũ deſcriptionem qñ ⁊ autores ipi quos imi/
tari oportet non ſolũ varij verũ etiam inter ſe ꝯrij ac magnope diſſentiẽtes. inueniunt ⁊ ipãrũ puinciarũ li
mites pro quantitate auctate ac potẽtia ſepe nũero ꝯmutãt. nã q̃ puicia latiſſima quõdã fuit etate nr̃a aut ex

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

tincta eſt aut p̄ modica. Ji vo q̄ nulla vel minima extitit. nūc latiſſimā floretiſſimāq; videm⁹ lōgobardiā ac romandiolā nō ꝯgnouere maiora nr̄a tp̄a Inſubriā emiliā ac flaminiā ꝑrſus ignorāt. macedoniā ſub ema thione rege a q̄ emathia cognomīata ꝑauguſti clauſerāt termini. Virt⁹ poſtea regū ꝛ gētis induſtria ſubtractis finitimis populis lōge ac late ꝓtēdit. Dēt igit̄ veniā equū cēſeo ſi q̄ mea ſcripta legētes nō eos locoꝝ termios offenderīt q̄s ipi vel mēte ſua ꝯceperūt vel apud alios inuenerūt. nō que ab alijs accepimus. ſeu veterib⁹ ſeu nouis autorib⁹ incorrupta referim⁹. Quis nō ē ꝓpoſiti noſtri geographiā edere. licet aliq̄n hiſtoria ip̄a quā ſcribimus locoꝝ aliquā ſignificationē requirat ſic em̄ elucidioꝛ reddit̄.

Tracia



Poſt valachos igit̄ ꝛ hūgaros de q̄b⁹ ſermo habit⁹ tracienſiū res geſte ſeſe offerūt. Tracia, vo vt plerique autores tradūt ipiq; ꝑſtātiores ampliſſima prouīcia ē lōge lateq; patēs. cui ab oriēte euxinū pelagus ac propōtis occurrit. a meridie egeū mare ꝛ ſtrimon fluui⁹, ſilq; macedonic⁹ ager. ſeptētrionem hiſter claudit. occidētis orā tū peonij mōtes tū pannonia ꝛ ſau⁹ excipit amnis. in q̄ ſentētia ꝛ pliniū veronēſem fuiſſe video. ꝛ Strabonē ip̄z q̄ iuga mōtis hemi traciā diuidere mediā affirmat. ideq; dardanos. tribalos myſos incolere, traciā n̄ ambigit. Tribalos aūt eos coluiſſe cāpos in q̄s vel raſciani mō vel ſeruij ſedes habent nemo negabit q̄ ſcripta veteꝝ ꝑiti reꝝ ſtatui ꝯpauerit. Myſi vo poſt tribalos ad oriētē vſq; exinū protendūt̄ inter hiſtrū ꝛ hemū mōtē habitacula ſortiti. hos hodie bulgaros appellāt. Poſt q̄s maritima loca verſus meridiē ad helleſpontū vſq; romania ē natio greca q̄uis olī barbara fuerit. Et iterū noſtro tp̄e deleto grecoꝝ imꝑio dn̄antib⁹ turchis in barbariā redit. Hui⁹ prouīcie metropol̄ ē Bizātiū. i. cōſtātinopol̄ agios pri⁹ appellata. Lacedemonij eā ꝯdidere duce pauſania. q̄b⁹ appollinē ꝯſulētib⁹ vbi nā ſedes q̄rerent mādaſſe oraculū memorie ꝓditū ē vt ꝯtra cecos habitationē locarēt. Cecos aūt megarēſes appellauit calcedonis cōditores. q̄ q̄m prius in traciam nauigaſſent. ſitumq; vbi poſtea Bizantium edificatum ē conſpe



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

xiſſēt. amiſſa tã locuplete ripa tenuiorē e regiõe in aſia delegiſſent. hec Strabo. Cõſtantinũ võ impatorem
cognoĩe magnũ cũ ſtatuiſſet imperij ſedē ex vrbe roma in orientē transferre q̃ facilꝰ parthoꝝ excurſiões cõ
peſceret tradũt eccĩaſtici autores in troadē ꝓfectũ ibi regie vrbis fundamẽta ieciſſe vbi quõdã agamenõ
ceteriq́ꝫ grecoꝝ prĩcipes aduerſus priamũ regē fixere tẽtoria. ſed admonitũ in ſomnis a xp̃o ſaluatore locũ
aliũ deſignãte ceptũ opꝰ cuiꝰ diu mãſere veſtigia infectũ reliquiſſe atꝫ in traciã nauigante Bizãtiũ petiuiſſe
eũq́ꝫ ſibi locũ diuinitꝰ oſtẽſum dixiſſe. mox vrbē ampliaſſe. noua menia erexiſſe. ſublimes excitaſſe turres.
magnificentiſſimis tũ priuatis tũ publicis opibꝰ exornaſſe. tm̃q́ꝫ illi decoris adieciſſe vt altera roma n̄ im
merito dici poſſet. Scriptores vetuſti q̃ florẽtē vrbē viderũt videre deoꝝ potiꝰ in terris habitaculũ q̃ꝫ im-
patorũ putauere. Nomē vrbi nouã romã ĩpator ĩdidit. ſ; vicit obſtinatio vulgi vt a ↄditore potiꝰ ↄſtãtinopo
lis vocaret. In hac vrbe multa ſub impatoribꝰ ep̃oꝝ ↄcilia celebrata. multe ſupp̃ſſe in xp̃iana religiõe ſur
gentes hereſes. multe etiã hereſes inuẽte. inter q̃s ea diutiꝰ mãſit q̃ de ꝓceſſione ſctĩ ſp̃ũs. q̃uis in pluribꝰ
agitata ac reiecta ↄcilijs ad noſtrã etatē vſq́ꝫ ꝑueniẽs. deniq́ꝫ ſub Eugenio quarto pon. maxio in florẽtina
ſynodo. quẽadmodũ ſuo loco dicet. nõ ſolũ a latinis ſ; ab ipis ⁊ grecis dãnata exploſaq́ꝫ ẽ. Veꝝ q̃ꝫq̃ꝫ Jo-
ſeph patriarcha ⁊ Johes impator gentis eiuſce cũ latina eccĩa cõcordibꝰ animis fidei ſymbolũ decãtauerit
Conſtãtinopolitana tñ eccĩa credere qͦd romana ſentiret nephas duxit. Obierat in florentia patriarcha q̃
vnioni ↄſenſerat nec impator domũ reuerſus diu ſuꝑuixerat. Cõſtãtinꝰ q̃ ei ſucceſſit ſiue deceptꝰ ſiue ſpon
te ſua inſaniẽs haud q̃q́ꝫ vnioni ↄſentiẽs videbat. ⁊ iã Gregoriũ patriarchã priori ſuffectũ qͦd ad verita-
tem fidei ambularet domo pepulerat eccĩaſtica bona inuadẽs. miſerat eo nicolaꝰ põtifex romanꝰ yſidoruꝫ
ep̃m ſabinenſem vniuerſalis eccĩe cardinalē virũ induſtriũ ⁊ q̃ rutenoꝝ eccĩam iãdudũ rexerat ꝑcontatũ q̃
nã rõe grecanica natio lagatoꝝ ſuoꝝ cõuenta reiceret cũ latinis florẽtie habita. iã ille impatorē eiuſq́ꝫ ſena
tũ in rectã viã pellexerat cũ turchoꝝ bellũ duce ⁊ auctore moamethe veluti repentina tempeſtas in conſtan
tinopolitanos emerſit. de q̃ paulopoſt ſuo loco dicet. Video cõplures etatis nr̃e nõ auctores aut poetas
dũtaxat verũ ⁊ hiſtoricos eo errore teneri vt theucroꝝ noĩe turchi appellẽt. credo eos idcirco motos. qm̄
turchi troyã poſſidēt quã teucri coluere. ſ; illoꝝ origo ex creta atꝫ italia fuit. Turchoꝝ gẽs ſcithica ⁊ barba
ra eſt de cuius origĩe atꝫ ꝓgreſſu q̃uis ꝓpoſitũ egredi videar dicere haud alienũ exiſtimo. qñ ſub euo nr̃o
in tãtũ hoc genꝰ hoĩm auctũ ẽ vt aſiã greciãq́ꝫ tenẽs latinũ xp̃ianũq́ꝫ nomē late ꝑterreat. ea narratio res q̃ꝫ
traiacẽſes apiet de q̃bus inſtitutꝰ eſt ſermo.

De turchis



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Turchi vt ethicus philoſophus tradit vltra piracheos montes ⁊ tharachontas inſulas ↄtra Babilo
nis vbera ſedes patrias habuere. gens truculenta ignominioſa ⁊ in cunctis ſtupris ac lupanaribus
fornicaria. Comedit que ceteri abhominant iumentoꝝ lupoꝝ ⁊ vultuꝝ carnes. nec abortiuis hoīm abſti
nuit. diē feſtū nullū colūt niſi mēſe auguſto ſaturnalia. romanoꝝ impiū audiuit magis ꝙ̄ ſenſit. Quis octa
uiano auguſto in auro littoneo cēſum dedit. ⁊ id quidē ſponte. nā cū vicinas vndiqꝫ regiōes annua illi tri
buta reddere aīaduertiſſet nouū dierū ac tpm deū exortū eſſe arbitrata munera ei quotānis trāſmiſit. Hec
gens teſte ottone hiſtorico et impatoris friderici patruo regnante apud francos pipino a caſpijs portis
egreſſa cū auarib⁹ ꝗs hūgaros nr̄a vocat etas feroci pugna mltis vtrobiqꝫ deſideratꝭ ↄflixit. Exinde pōtū
capadociāqꝫ tranſgreſſa ad reliquas inde finitimas gentes ſenſim dilapſa more latronū clamdeſtinis qui
buſdam excuſſionibus vires ſibi vēdicans occupatis quibuſdā mōtib⁹ ⁊ clauſtris oportunis vnde ꝑ occa
ſiōes facile irruptiones fieri poſſent vſqꝫ adeo emerſit ac ſublata ē animis vt palā iā ⁊ pari marte aduerſuꝫ
finitimos de agri poſſeſſione certare ⁊ deniqꝫ procedente tpe nō ſolū pontū ⁊ capadociā verū galaciā. bi
thiniā. pamphiliā. pyſidiā. vtrāqꝫ frigiā. cylices. cares ⁊ cā aſiā que minor vocat ad oras vſqꝫ ionye ⁊ lit
tora greci maris occupauerit. nō vnū quēdā principē ſed alios alij duces ⁊ varia auſpicia quaſi ꝑfactiōes
ſecuti. Ex hac gente quēadmodū nicola⁹ ſaguntin⁹ vir grece ac latine hiſtorie peritiſſimus ad nos ſcripſit
vigeſimū ab hinc ⁊ centeſimū circiter annū. Otoman⁹ exigui tū cēſus ⁊ obſcuri inter priuatos nomīs ex othomanus · i
collecticio milite nō parua manu per ſeditionē ↄflata craſſari paſſim ac non ſolū reliqas xp̄ianas vexare.
verū ⁊ hoīes ſue gētis armis infeſtis petere ⁊ ſibi ſubdere cepit. cui⁹ conatib⁹ orta inter turchoꝝ p̄ncipes
ſeditio facilem curſum p̄buit. nā illi dū ſeſe inuicē laniant aſſcitis vndiqꝫ oīb⁹ q̄ ꝓ ingenio prede rapinarū
qꝫ percupiti eſſent auctoritatē breui ⁊ nomē adept⁹ eſt oppida nō pauca partim vi parti deditione in ptātē
accepit. Ottomāno filius ſucceſſit Orcanes q̄ rē inchoatā a p̄re comode proſecut⁹ ad modū ꝓpagauit. euꝫ orchanes 1
amurates fili⁹ ſubſecut⁹ ē q̄ duob⁹ de grecoꝝ imperio diſceptātib⁹ ab altero q̄ ſupari timeret in auxiliū ac Amurathes · i ·
cerſitus turchoꝝ prim⁹ trāſiuit in greciā vbi cōſulto bellū protrahēs. poſtqꝫ ambos eneruatis cōſumptiſ
qꝫ virib⁹ fractos ⁊ defeſſos aīaduertit verſis vt aiūt proris arma in eos ſine vllo diſcrimīe per occaſioneꝫ
cōuertit. ⁊ occupato callipoli oppido peroportune incheroneſo ad helleſpōti fretū cito cetera greca oppi
da aperte petere bello palāqꝫ ſibi ⁊ poſteris grecoꝝ polliceri imperiū nō dubitauit. magnāqꝫ thracie par
tem nullis ferme obſiſtere audentib⁹ ditioni ſue ſubiecit. Js vita funct⁹ duos reliquit filios Salmanū et
pazeitē. Salmano breui e vita ſubtracto res vniuerſa ad pazeitē deducta eſt qui proſperos fortune adept⁹ Bajazeth · i ·
afflat⁹ vſqꝫ adeo nouelli regni fines extulit vt thraciā pene vniuerſam excepta cōſtantinopoli ac pera theſ
ſaliaꝫ. macedoniā. phocidē. boeciā. atthicam maiori ex parte occupauerit. Miſos qꝫ illirrios tribalos cre
bris excurſionib⁹ infirmauerit. Cōſtantinopolim vō tū omni agro ſuburbaniſqꝫ ac delicijs ſpoliauit. tuꝫ
longa ⁊ difficili obſidione vexauit vt ciues deſperata ſalute de deditione agere ceperint periſſētqꝫ procul
dubio ⁊ in hoſtis ſeuiſſimi poteſtatē veniſſent ni tamburlanes ille ſcithaꝝ p̄potens rex inſtar torrētis ipo
incurſu atqꝫ impetu cūcta proſternēdo ac vaſtando pazeitē ipm occurrere ac reluctari conantem magno p̄
lio ⁊ ingenti ſtrage ſuperatū in aſia cepiſſet. Hic eſt ille terror gētiū in cui⁹ exercitu duodecies centena mi
lia hominū fuiſſe tradunt xerſe ac dario maior quoꝝ copijs ſiccata flumina prodiderūt. ira ipē ſe dei voci
tauit. nec nomini crudelitas defuit. multas ac p̄claras aſie vrbes deleuit. hoīes tanqꝫ pecora trucidauit nō
etati nō ſexui pepcit. Damaſcū nobiliſſimā ſirie vrbem diripuit atqꝫ incendit. pazeitē cathena vinctū prā
dens quaſi canē ſub menſa ſua comedere iuſſit. aſcenſur⁹ equū eo tanqꝫ ſcabello vſus eſt. poſt cladē pazei
te filij eius qui cōplures erant in poteſtatē grecoꝝ venere qm̄ piculū euaſuri in tharciā traijcere ↄtenderent
Calapinus aūt natu maior emiſſus a grecis patriū regnū obtinuit. aduerſus quē ſigiſmūdus rex vngarie Calepinus · i ·
collatis ſignis p̄liū iniens tumultuoſe fuſus caſtra ⁊ impedimēta reliquit. Chriſtianoꝝ ingēs occiſio facta
Johannes dux burgundie in eo p̄lio captus multo auro libertatē redemit. Calapino mortuo Orcan ei⁹ fi orchanes · 2 ·
lio tenella etate adoleſcentulo moyſes patru⁹ ⁊ regnū ⁊ vitam eripuit. q̄ paulo poſt ſine filio deſiderato ma
oemetē fratrē reliquit heredem. Js flaccis id eſt walachis fortiſſimis ⁊ bellicoſiſſimis nationib⁹ tranſda Mehemet · i ·
nubiū vt ante diximus late dominantib⁹ bello attritis tributa grauia impauit. nōnullos in aſia turchorū
regulos armis regniſqꝫ penitus ſpoliauit. xp̄ianos ſub impio ſuo degentes ꝙ̄ duriſſime afflixit. Macho
mete mortuo amuratem eius filiū qui dū per id tempus in aſia moreret. audita patris morte in traciā tra Amurathes · 2 ·
ijcere conāte īpator grecoꝝ ꝓhibuit. diu muſcaphāqꝫ reliquū ex pazeite filijs vt rex potiret emiſit ⁊ ſum
ma ope ꝓſecutus eſt. Sed muſcapha pugna ſupato ⁊ interempto amurates victoria vniuerſum regnū cō
ſecutus theſſalonicā illuſtrē grecie vrbem quā tū veneti poſſidebāt vi captā expugnātqꝫ penitus diruput
eacꝫ victoria auct⁹ epirū atqꝫ ecboliā nō obſcuras ꝓuincias reliquo regno adiecit. Illiricorum agros va
ſtauit. oppida multa vi cepit diruput atqꝫ incendit. vxoribus more gentis ꝙ̄ pluribus iunctus eſt. Inter
quas Georgij ſeruie diſpoti filiam duxit. nec diu poſt immemor affinitatis aduerſus eum duxit exercituꝫ
Georgius impar generi potentie furentemqꝫ veritus. hoſtem relicto vno ex filijs qui cum preſidio Sme
dram tueret. cum coniuge ceteriſqꝫ liberis ac gentis ſue ſacerdotib⁹ in hungariā profugit. Expugnata eſt
tamen Smederoma ac direpta ⁊ diſpoti filio lumen ademptū. Georgius patria pulſus diu apud hunga
ros exulauit. Johannes huniades iam per arma clarus ſepe cum exercitu Seruiam ingreſſus plurimis
cladibus Turchos affecit. eorumqꝫ duces acie conflixit. verū ꝙ̄uis Seruie magnam partem recuperauit

272

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

non tñ Georgio cũcta reſtituit multa ſibiĳpi retinuit multa dedit amicis neq̃z iniuria cũ ⁊ ipe ſua virtute repu
liſſet hoſtes ⁊ georgĳ ſuſpecta fides eſſet qui medios inter hungaros ac turcos nũc hos nunc illos fefelliſſet
i his vo que religiõis eſſent neq̃z romane eccie auſcultaret neq̃z maomethes legẽ ſequeref. Libet qm̃ hucvẽ
tum eſt hui⁹ opa ad finẽ proſequi qm̃ male pugnatũ eſſet in p̃lio varinenſi. de quo paulop⁹ dicem⁹. fugiens
huniades in ſeruiã ſe recepit. Senſit aduentũ georgius atq̃z obuiã factus venientẽ intercepit ⁊ quaſi hoſtẽ
cõiecit in vincula. nec pri⁹ dimiſit q̃z oppida ſue ditionis ab eo pridẽ occupata recepit. Nec multo poſtea cũ
iohannes verſus ſophiã copias duceret videref q̃z nõ parua thurcis illatur⁹ damna amurati oĩa hũgaro-
rum cõſilia patefecit. vnde ille admonit⁹ maximã xp̃ianis intulit cladẽ. quẽadmodũ ſuo loco referef. Cũ vo
turchi cõſtantinopolim euiciſſent atq̃z in Seruiã ducere exercitũ minaref. Scdo auxiliũ petens ad hungaros
tranſit ⁊ in auſtriã vſq̃z profect⁹ Ladiſlaũ adĳt regẽ. grandeu⁹ iã ſenex dign⁹ veneratu ſi recta de religione
ſenſiſſet ea in eo ſermõis auctoritas ea corpis maieſtas fuit. Acceſſit hũc iohannes capiſtrane⁹ ordinis mi-
norũ profeſſor vite mundicia ⁊ inter p̃dicatores euãgelĳ nr̃o tpe inſignis queſiuit an audire ſe vellet annuẽ
ti qd̃ romana eccia credit ⁊ docet expoſuit diu ſecũ p interp̃tẽ de ſacris eloquĳs diſputauit ⁊ errorẽ ſue gen
tis relinqueret magnope cohortat⁹ eſt. Ille hoc deniq̃z reſpõſum dedit. Annis. xc. vitã pduxi nec aliã religi
onẽ q̃z ſuſcepi a patrib⁹ noui. ſapientẽ me ciues mei q̃zuis infelicẽ hacten⁹ putauere. tu nunc qd̃ ſepe agitãt
ſenes delirũ efficere cupis laqueo vitã finire malim q̃z patrũ traditiones relinquere. atq̃z his dictis e conſpe
ctu abĳt tã piculoſũ eſt religionẽ imbuiſſe damnatã. Reuerſus domũ quom accepiſſet michaelẽ zilagi q̃ tũc
albe cũ p̃ſidio p̃erat fratrẽq̃z eius latiſlaũ q̃drigis vectos vrbẽ exiſſe milites miſit qui eos vel ꝯp̃henderent
vel occiderent. Michael vbi adeſſe hoſtes aĩaduertit curru deſiliẽs equũ q̃ pene ducebaf aſcendẽs veloci fu-
ga ſaluatus eſt. Ladiſlaus in q̃driga reptus multis vulneribus cõfoſſus ac diſcerptus interĳt. ſed nõ impu
ne id georgio ceſſit. Cognouit ⁊ michael paucis poſt diebus illum ꝓpe danubĳ ripam iter habere aggreſ-
ſuſq̃z cũ armatis captiuũ abduxit. cui dextre manus duos digitos amputauit cũ ſe gladio defenderet. Redẽ
ptus eſt georgi⁹ magno auri pondere nõ tñ diu ſupuixit cũ trunce man⁹ fluor ſiſti nõ poſſet. atq̃z hic pfidi ho
mis exitus fuit. Lazar⁹ fili⁹ poſt eũ gubernationẽ ſuſcepit excluſo frẽ gregorio quẽ quõdã amurates exceca
uerat. Is cũ ſorore quã nupſiſſe amurato dixim⁹ ad opes maomethis ꝯfugiẽs fruſtra eius auxilium implo-
rauit. Obĳt deinđ lazarus de cui⁹ hereditate nõ parua cõtentio exorta ẽ. Gregori⁹ turchoꝝ auxilio paternũ
regnum nitif vendicare. vxor lazari relicta hungaricas opes implorat. nec kathecuzina vlrici comitis cilie
quondam vxor ac georgĳ filia portionẽ hereditatis deſperat. Johãnes cardinalis ſancti angeli ab hungarĳs
inuitat⁹ eo ꝓfect⁹ vt arces raſtianas q̃ turchis in hungariã aditũ p̃cludunt. aut ap̃lice ſedis nõie recipiat aut
hungaris tradi curet. reb⁹ infect⁹ nõ ſine graui piculo vix em̃ man⁹ turchoꝝ euaſit Budã redĳt. Nos amu-
ratis opa q̃ medio curſu reliquim⁹ ꝓſeq̃mur. Magn⁹ hic vir fuit domi belliq̃z tã ſuis amat⁹ q̃z nr̃is odioſus
cũ centũ milib⁹ pugnatoꝝ intrauit hungariã late populat⁹ ꝓuinciã. ſterilis ann⁹ impedimẽto fuit ne regno
potiref cõmeat⁹ penuria ꝯpulſus redĳt. Julianus cardĩalis ſancti angeli ab Eugenio põtifice maximo ad-
uerſus eũ miſſus hũgaroꝝ extulit aĩos ⁊ arma ſumere pſuaſit. exercit⁹ xp̃ian⁹ vſq̃z ſophiã ad arcũ magnũ ꝓ
fect⁹ ẽ. Sepe cũ turchis proſpere dimicatũ nõ ſine Johãnis huniadis ingẽti laude. qui cũ copias duceret
eius nomẽ apud hoſtes adeo terrificũ fuit vt plorãtibus pueris matreſfamilias taciturnitatẽ nõ aliter impa-
rẽt q̃z iohãnis p̃ſentiã minitãtes. Cõgregato tñ nõ paruo numero turchi qm̃ xp̃ianis ꝯfligere nõ dubitarũt
ſed nõ tã felix eius pugna q̃z fortis anim⁹ fuit. Supati virtute hungarica multis ceſis terga dedere. Hũgari
qui bello interfuere cupiditate gl'ie res ſuas ampliãtes ac de magnis maiora tradentes impatori Friderico
ſupatos bello turchos ſcripſere. xxx. milia hoſtiũ ceſa captaq̃z multoplura. Cardinalis ſancti angeli ſex mi-
lia dũtaxat hoſtiũ in eo p̃lio cecidiſſe ſuis lr̃is affirmauit. Signa militaria nouẽ capta iohãnẽ huniadẽ non
ducis tm̃ ſed militis q̃z ſingulari virtute vſum eiq̃z fides habita turchis ea xp̃ianorũ victoria plus pauoris
q̃z damni attulit. nõ hũgaricas tm̃ vires ſed germanicas q̃z in ſe ꝯmotas arbitrãtib⁹. Cõſternati ergo ac p
culſi metu pinde ac tot⁹ occidẽs cõiuraſſet. pacẽ petiere hungari q̃ ſuas vires nõ ignorarẽt. nec tã potẽtie ſue
q̃z caſui victoriã imputarẽt piculoſum exiſtimantes ſepi⁹ tentare fortunã oblatas vltro ꝯditiões pacis nõ
recuſarũt inducie belli in decẽ annos iuſiurãdũ p ſua ſacra ambe date ptes p̃ſtitere. Deſpoto Seruie q̃ bello
amiſerat reddita. Moleſta ea res Juliano cardinali fuit cui ꝓſequenda victoria videbaf. Eugenio q̃z roma
no pontifici nihil moleſtius nunciari potuit. cui⁹ menti nulla maior cura inſedit q̃z xp̃iane fidei ꝓpagande.
Scripſit igif cardinali nullum valere fed⁹ quod ſe inconſulto cum hoſtib⁹ religiõis pcuſſum eſſet. Vladiſ-
lao regi polonie. qui eo tempore hungariam occupabat vti ꝯuẽta diſſolueret imperauit. iuramenta remiſit.
nouũ inſtaurari bellũ tum p̃cibus tũ minis extorſit. Ex xp̃ianis principib⁹ auxilia petĳt preter Philippuz
tñ Burgundie ducẽ neminem xp̃iane religiõis zelus cõmouit. hic ſolus claſſem inſtruxit que vſq̃z in helle-
ſpõtum ꝓfecta turchis ex aſia tranſitum ꝓhibere in europam conata eſt. Franciſcus cardinalis venetiarum
Eugenĳ nepos cũ pleriſq̃z triremib⁹ eo miſſus claſſi p̃fuit. Vladiſlao qui alienum regnuz inuaſiſſet e re ſua
viſum eſt ſollicitudinem belli prouincialib⁹ nõ deeſſe. Acceſſitis igif ex polonia ⁊ bohemia ceteriſq̃z vici-
nis gẽtib⁹ auxilĳs coactis ex hũgaria copĳs turchoꝝ agros inuadere ſtatuit Johãni huniadi caſtroꝝ cura
cõmiſſa q̃dragĩta circiter eq̃tũ milia fuiſſe tradũf. pleriq̃z dimidio minorẽ numerũ prodidere. Reguli hũga-
rie põtificeſq̃z q̃zplurimi interfuere. Julian⁹ ſcti angeli cardĩalis milites cruce ſignatos nõ paucos ſecũ du-

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

xit iter ꝑ valachiam receptū. Deinde tranſito danubio in myſiā ventū vt ꝑ plana ⁊ cāpeſtria loca in roma
niā tranſirent. Amurates hoſtiū cognito aduentu cū grecis ⁊ turchis in europa manentibus nō ſatis con
fideret exercitum ex aſianis militibus compauit ſed angebat animū traijciendi freti non mediocris cura. q̇
claſſem aplicam obtinere pelagus nō ignorabat anxio vt aiunt ⁊ multa voluenti animo. Genuēſes quidā
curas ademere qui ſuis nauibus accepta pecunia tranſportare copias ꝓmiſerunt. Locus eſt vbi nō ampli
us q̃ ſtadia quinq̨ latitudo freti continet inter ꝓpontidem ⁊ euxinū pelagus. tm̄ eſt ſpaciū quod europā
aſiamq̨ diſterminat. Boſphoꝝ Traciū dixere maiores a bizancio. xl. ferme ſtadijs diſtantē. Hic amuratis
exercitus tranſuectus eſt aureo nummo vectoribus ꝑ capita tradito. que ſi vera eſt fama centū milia fuiſſe
ferunt. Iā xp̄iani locum attigerant cui varna eſt nomē. quoniā aduentare innumerabiles hoſtium copias
nunciatū eſt. Cedēdū vlatiſlao cardinaliq̨ videbat. ⁊ ne circūueniri ab hoſte poſſent munitū montanūq̨
locū petendū. at huniades aduerſari ac reſiſtere turchoꝝ ſe noſſe vires dicere famam ſemꝑ vero maiorem
eſſe. Quod ſi turchi omnes adſint hungaris tn̄ impares fore illos aurea ⁊ diſcolori veſte. hungaros ferro
atq̨ ere fulgere. xp̄ianū agmen ⁊ ſtare paratum et ſequi. nec turba nec ſarcinis ꝑgraue intentū quo dux nō
modo ſignet ſed ⁊ innuat. Contra ſi turchoꝝ mores inſpiciant feminas magis exiſtimare debere q̃ viros
Si fugiat exercitus xp̄ianus quem rex hungarie ducit in quo legatus aplicus adeſt. in quo tot nobiliſſi
mi ꝓceres militant nunq̨ deinceps hungaris contra turchos futurū animū vicit Huniadis ſententia ex
pectati hoſtes poſtera die viſi maioris exercitus ſpeciem ꝓbuere q̃ fama ipa vulgauerat ſiue ꝙ metuenti
bus omnia vero maiora vident. ſiue ꝙ amurates in cogendo milite vulgate opinioni haud quaq̃ defue
rat. Territus huniades eo conſpectu tū primū periculi magnitudinē animo voluens de fuga regem admo
nuit. ille ſerū conſiliū arguens ꝑniciosam magis fugam q̃ pugnam dixit. Commiſſo ꝓlio ſperari victoriā
poſſe. ſepe minoribꝰ exercitibus ceſſiſſe maiores. nec tam multitudinem bellatorum q̃ audaciā ⁊ ordinē
ꝓſtare victoriam. deū quoq̨ reſpicere meliorē cauſam ꝓſtantioremq̨ ſe paucis ſi modo audeant exhibere.
Fugiētes victoriā hoſti tradere ferendaq̨ terga ⁊ multam ſuoꝝ cedē. Magnifica quoq̨ verba iohannis ꝓ
die dicta plenus irarū exprobrauit. Iuſſiſq̨ omnibus arma capeſcere ꝓliū expectauit. Amurates in ꝓxio
colle conſederat. ex quo ſuos pariter atq̨ hoſtes expectare potuit. dato belli ſigno. xv. milia equitū qui pu
gnam ꝓuocarent facto globo in chriſtianos impetum fecere ſingulis albe veſtes ſuper loricas fuere. que
vento agitate inſtar alarum ꝓ ſe ferebant. totidem viridibus induti ſagulis. ſequebant aurea equoꝝ fre
na multoꝝ viſa ⁊ multꝰ galeaꝝ argenti atq̨ gemmaꝝ nitor. ipas quoq̨ gladioꝝ vaginas ꝑgrandes vnio
nes ornabant. nō detrectauere xp̄iani certamen. itum eſt verocibꝰ in pugnam animis. ſupior acies noſtra
turchos in fugam vertit. q̃plurimis primo impetu ꝓſtratis. ꝑculit ea res magno metu amuratem nihil ta
le ferentem fugiſſetq̨ ꝓtinus ꝑdito exercitu niſi circūſtantes ſatrape cōphenſo eius equi freno ignauiā
eius increpaſſent fugientiq̨ cōminati ſunt necem. ꝑſtitit ergo inuitus iuſſiſq̨ fortiſſimis arma ſumere pre
lium inſtaurauit. pugnatum eſt ſumma contentione pluribus nūc xp̄ianis nunc turchis ꝓpinquiorem vi
ctoria ſeſe prebentem. cadebant hinc atq̨ inde q̃plurimi. plures ex turchis quoꝝ corpa paꝝ tecta facile ſa
gitte enſeſq̨ penetrabant. Poſtremo quom nouꝰ in horas hoſtis incederet ⁊ ſaucioꝝ loca integri occupa
rent non tam virtute q̃ numero ſupati hungari paulatim referre pedem cepere tum vlatiſlaus cum globo
ſuorum quos erga ſe non minus fortes q̃ fides habuit ex polonia vt hoſtes ex acie victores diuertere. cri
ſtianiſq̨ animū redderet in tumultū quem tenere ab amurate diximꝰ circūiectoſq̨ vndiq̨ currus impetū fe
cit. ibi noua pugna cōmiſſa nouus iniectꝰ amurati pauor trepidatū totis caſtris nec iā conſiſtendi animus
aderat. quod ſi huniadi par animꝰ ac regi fuiſſet ⁊ arridenti fortune dediſſet manus haud dubium quin ea
dies ⁊ amurati vitam ⁊ poſteris eius imperium grecie abſtuliſſet. verū ipe vt primū cedere xp̄iana ſigna cō
ſpexit quom decem milibus hungaris ac valachis ex acie ſe ſubtraxit atq̨ inſalutato rege nutante adhuc
victoria fugam arripuit. fortaſſe rei militaris perito nulla impugna ſalus viſa ⁊ ſaluare aliquos q̃ perire
omnes maluit. Poloni acceptā eo ꝓlio cladem huniadis vecordie atq̨ ignauie tradiderunt. ipe ſua cōſilia
ſpreta conqueſtus eſt. Uladiſlaus ſue ſorti dimiſſus dū fortiter circa mūimenta hoſtium pugnat equo deie
ctus obtruncatus eſt. caput eius haſta infixum ꝑ greciam atq̨ aſiam in ſignum victorie populis oſtentatū.
Poloni ad vnum ceſi omnes direpta caſtra ⁊ qui munitiones curruū tuebant necati. Epi ⁊ ꝓceres hunga
rie qui aderant eadem calamitate oppreſſi. Iulianus cardinalis dū fugit amiſſo prelio quoniā iam hoſtes
euaſiſſet hungaroꝝ ꝑfidiam euadere nō potuit potū equo dantem ſtagnū forte repertū latrunculi quidā
nouere ⁊ arbitrati pecuniam apud eū eſſe deiecto equo necauerunt ⁊ ablatis veſtimentis nudū cadauer fe
ris ⁊ volucribus dimiſere. Hic exitꝰ eius viri fuit magni ⁊ admirabilis in quo neſcias doctrina maior an
eloquētia fuerit grata hominis ꝓſentia. blandi mores. vitam omni etate nitida. religionis zelus. qui om
nia ꝓ xp̄o ⁊ mortem ipam ferre ſuaſerit. Huniadem vt ante diximus fugientem diſpotus ſeruie cepit. Po
loni regem ſuū hoc pacto bello pluribus annis viuere crediderunt captum nō interfectū arbitrati cardina
li venetiaꝝ eius culpa cladis magna in parte imputata eſt. dui neq̨ fretū vti par fuerat cuſtodiuit neq̨ trāſ
uectos hoſtes xp̄ianis ducibus quod ſecundū fuerat eius officium nunciauit. de numero ceſoꝝ minime cō
ſtat illud exploratū eſt longe plures ex turchoꝝ acie cecidiſſe. Ceterū ꝓ numero copiaꝝ longe maiꝰ damnū
chriſtianis illatum. Uictor amurates neq̨ fugientes hoſtes inſecutus eſt. neq̨ gloriabundꝰ inter ſuos ma
gnifica verba iactauit. neq̨ vt ante aſſueuerat hilarem vultum oſtendit. Interrogatus quid nam triſtior eſ
ſet ⁊ cur non victis hoſtibus exultaret. Nollem inquit hoc modo ſepius vincere. iubenſq̨ vaſa colligi. co
pias que ſuperfuerāt domū remiſit. ipe adrianopoli reuerſus deo ſuo q̄ ꝓ victoria fecerat vota ꝑſoluit. Ex



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

inde voluens animo regni curas vere felicitatis expꝛes eſſe. inconſtantiã q̃z fortune veritus que nulli ꝑpe
4-2 tuo bona eſt. Accerſitis prouinciaꝝ maioꝛibus Moamethem ex liberis ſuis natu maioꝛem pro ſe regẽ cõ/
ſtituit. ipſe priuatam diligẽs vitam in aſiam profectus cũ paucis ocij ſui comitibus religioni cuidam ſoli-
tarie ſeſe addixit. Calibaſſa inter ſatrapas turchoꝝ opib⁹ ꝛ auctoꝛitate maioꝛ maomethi qui nõdũ ꝑ etatẽ
aptus eſſet imperio. gubernatoꝛ datus. reliqui regis filij ne quas regno turbas excitarẽt moꝛe gentis ne-
cati ſunt. felicius apud turchos priuatis q̃z regibus liberi naſcunt̃. Effluxit deinde nõ paruũ tempus in q̃
hungari turchos nec turchi hungaros armis laceſcere pſumpſerunt. Sua queq̃z calamitas domi attonitũ
tenuit. Cruentiſſima varuenſis pugna vires vtriuſq̃z partis eliſerat. nec turchis neq̃z hungaris rex bello
idoneus erat. Hos huniades. illos calibaſſa alieno noĩe gebernauit ferocioꝛ huniades reiq̃z militaris ꝑiti
oꝛ ignominiam varne acceptã obliuiſci nõ poterat ꝛ abolere infamiam. reſartire damna quonã pacto vale/
ret dies nocteſq̃z meditabat̃ ſpem bene gerende rei turchoꝝ quies ꝑbuit qui iã pridem nullũ belli appara-
tum oſtenderant vires illis atq̃z animos defuiſſe ratus tempus idoneũ exiſtimauit. in quo priſtinam recu-
ꝑare gloriã poſſet turchoſq̃z peſſundaret. quibus ſi adfuit exercitus imꝑatorem tñ ꝓ iſtis ꝓrſus defutu/
rũ arbitrabat̃. nec magis exiſtimandũ exercitum ſine duce q̃z ducem exercitu carentem. Coactis itaq̃z repẽ
te copijs ex hungaria accerſitis bohemoꝝ auxilijs mercennarioꝝ q̃z militũ nõ parua manu coacta ducere ĩ
turchos ſtatuit quos prius aggredi ac cõficere credidit q̃z mouiſſe ex hungaria nũciaret̃. Eam rebus gerẽ
dis ſolerciam ac celeritatem adhibuit. Conſiliũ eius Georgius deſpotus ſeruie vt ante diximus turchorũ
ducibus patefecit. Magnũ genti periculũ imminens maius oſtendit. ꝑculſi eo nuncio turchi quid agerent
non ſatis intelligebant. Amurates iam ſenioꝛ religioni addictus regni curas abiecerat. Moamethes etate
minoꝛ tantam belli molem ferre poſſe nõ credebat̃. Calibaſſe defuturã obedientiam putabant qua nihil ẽ
in bello magis neceſſariũ. Trepidare igit̃ ac eſtuare modo huc modo illuc mẽtem ꝯuertere nullũ conſilium
ſatis placere. herentibus in deliberatione nunc ſatrapis nihil tandem ſalubrius viſum q̃z reuocare ab ocio
amuratẽ. neq̃z eñ veterani militaturi ſub alio credebãt̃ nec fortunã belli ſub alio tẽptãdã arbitrabãt̃ q̃z ſub
eo qui vincere conſueſſet. Calibaſſa eius ſententie auctoꝛ fuit. in qua re maomethis animũ vehementer of
fendit cupientis in ea expeditione ſeſe virũ oſtendere. verentiſq̃z ne imperiũ amitteret ſi pater iterũ regnuꝫ
aſſumeret vt ſunt hominũ mutabiles voluntates. Miſſi ergo legati amuratem reuocauere. qui ꝯpato mox
exercitu in hoſtem ꝓfectus nõ aliter q̃z ſi ad ꝑdam ꝑgerent alacres milites duxit. Jam huniades cũ copijs
ſophiam tranſierat ꝓſtratiſq̃z qui occurrerant locoꝝ ꝑfectis hoſtiles agros late populatus loco qui baſilia
vocatur caſtra poſuerat. quom aduentare amuratis copie nunciant̃ nõ expectauit haniades ꝓuocari prioꝛ
ipſe pugnam inijt. commiſſo prelio anceps diu certamen manſit. qua parte pugnauit Huniades fuſi ho-
ſtes terga dedere nec parua ſtrages edita. pari modo ꝛ amurates in coꝛnu ſuo victoꝛ hungaros fudit. Po-
ſtremo quoniã victoꝛ victorem incurreret nõ tulerunt xp̃iani turchoꝝ impetum qui q̃zq̃z virtute preſtarent
numero tñ ſuꝑati nõ tam victi q̃z feſſi compulſi ſunt cedere. Huniades poſtq̃z ſuos neq̃z minis neq̃z ꝑcibus
ſiſtere poteſt cũ paucis ex bello ꝓfugit. Multi hungarie proceres ꝛ nonnulli eccleſiaꝝ ep̃i in eo ꝑlio cecide
re. Gregorius miles ad internitionẽ ceſus. nec tñ pauciores ex turchis interiere. Emptam multo ſanguine
victoriam amurates domum redijt nec diu poſtea relicto moamethi regno quemadmodum prius deſtina-
uerat moꝛtem obijt. Coꝛpus eius moꝛe maioꝝ in Bruſa ſepultum. Ea eſt bithinie ciuitas ꝛ aſiatici regni
caput. Paulo anteq̃z obijſſet amurates duxerat vxoꝛem filiam Scanderbeck noblis in penderachia ſatra
pis ex qua natum filium nomine Chialpinũ ſextum agentem menſem calibaſſe moꝛiens cõmendauit. ille
moamethis gratiam initurus ꝛ matrem ꝛ puerũ ei ꝑdidit. Moamethes accerſitis. xxx. vt aiunt matronis
que pueꝝ recognoſcerent poſtq̃z certam amuratis ſobolem eſſe conſtitit ſtrangulatum matri filiuꝫ reddidit
funuſq̃z regio moꝛe fraternũ duxit. Auſpicia regni paricidio conſecrans. Sunt qui calibaſſam alienũ pue
rum chialapini noĩe ſuppoſuiſſe ferunt illumq̃z ꝓ filio amuratis necatum. chialapinũ vo ad conſtantinopo
lim clam educatum. poſt capturam vo vrbis inde ſubtractum ac venetias ductum. ꝛ hunc eſſe quem Ca-
lixtus põtifex maximus pro fratre moamethis in palatio cuſtodire iubet nos veri periculum ad grecos re
mittimus q̃uis multa in hiſce rebus figmenta interuenire non ignoramus ꝛ ſepe tonſoris filios regio de-
fungi honore viderimus. Moamethes igit̃ defũcto amurate gubernacula regni ex voto adeptus inſtituta
maiorũ pro ingenio coꝛrexit. leges ipſe ſuas domi foriſq̃z tulit erarium locupletauit. noua vectigalia excogi
tauit. copias auxit. in proceres ꝛ aulicos ſeuire ꝯtumeliariue cepit. Hic eſt ille moamethes qui conſtanti-
nopolitanis vt ſupra innuimus bellum intulit. de quo nunc referre que accepimus haud alienum fuit.

Quindecim Turcarũ Imperatores Ab anno ſalutis [illegible] ad annũ ~~[illegible]~~ 1597.

1 otoman⁹ · 1⁹
2 orcanes · 1⁹
3 Amurates · 1⁹
4 Baiazet · 1⁹ a Tamerlano capit⁹ & miſerime in ſeruitute moritur eſt Canis tractatus.
5 Calepin⁹ 1⁹
6 orcanes — 2
7 Mehemet · 1⁹
8 Amurates — 2. hic vicit graeciam
9 Mehemet — 2 hic Imperia duo Trapezuntiũ & conſtãtinopolim cepit & duodecim regna
10 Baiazet — 2
11 Selim⁹ — 1⁹ hic Egyptũ & duos ſoldanos in Syria Judea & Arabia & Aſſiria [illegible] domat
12 Solimum⁹ — 1⁹ hic Rhodũ Inſulã & hungariã domat [illegible]
13 Selim⁹ — 2 hic Cyprũ capit Inſulã & [illegible] fugat
14 Amurates — 3
15 Mehemet · 3 qui regnat nunc hoc anno · 1597 ·

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# De expugnatiõne Cõſtãtinopolis



Voluerat iãpridem animo maomethes quo nã modo Cõſtantinopolim ſibi ſubigere poſſet neqꝫ ad ſuam gloriã ptinere arbitrabaẗ vrbem in medio turchoꝝ ſitam eſſe que ſuo imperio nõ pareret. tantoqꝫ maius inde nomini ſuo decus accedere ſi eam vrbem expugnaret q̃to ꝑ genitores ſui idem conati turpibꝰ accepti deſtitiſſent. Cũ paucis igiẗ participato cõſilio caſtellum iuxta littus ad hoſtium boſphori paulo ab vrbe remotius aliud diſſimulãs incredibili celeritate extruxit ac muniuit. bellum deinde vrbi nõ modo induxit ſed contra inita federa contra iuſiurandũ intulit ſimul ⁊ gerere cepit. Senſerant eius animũ greci diffidenteſqꝫ ſuis viribus ad latinoꝝ opes confugerant lacrimis ac fletibus auxilia expetẽtes. Surde proch pudor noſtroꝝ principũ aures fuere. ceci oculi. qui cadente grecia ruituram xp̄iane religionis partem non viderunt q̃uis priuatis queq̃ꝫ aut odijs aut comoditatibus occupatum ſalutem publicam neglexiſſe magis crediderim. Maomethes interea coactis vndiqꝫ copijs mirabili apparatu formidãdo impetu terra mariqꝫ regiam vrbem aggreſſus cuniculis ac latentibus foſſis altiſſimis actis aggere late edito ponte qua perambi oppidum verſus mare muros alluit vrbis longitudinis ad duo milia paſſuũ raptim extructo. turribus ligneis euſqꝫ erectis vt muros (q̃uis altiſſimos) excederent. machinamentoꝝ tormentorũqꝫ multiplici adhibito genere. oppugnata eſt vrbs defenſaqꝫ ſummis vtrimqꝫ viribus. non paucis diebus ad extremum voce ꝑconis totis caſtris inclamatũ eſt. Quĩto kalenð. maij milites omnes ieiuniũ ſanctificent ſequenti die in armis aſſint vrbem extremis viribus oppugnari. triduo ciuitatem militũ direptioni futurã. Cõſtituta die ieiuniũ ad noctem vſqꝫ ſeruatum. exinde lucentibus ſtellis inuitationes ꝯuiuia paſſim habita ⁊ quiſqꝫ amicũ ꝓpinquũ notũqꝫ habuit cũ eo hilaris epulatꝰ eſt. atqꝫ vbi ſatis ẽ bibitũ tãq̃ꝫ ſe deinceps nũq̃ꝫ viſuri eẽnt amplexati exoſculatiqꝫ ſimul vltimũ vale dixerũt. In vrbe aũt ſacerdotes ſacras ferentes ymagines ſequẽ



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

te populo vrbē luſtrare: auxiliū de celo petere. affligere corpa ieiunijs atq oroībus vniuerſi ciues intendere
Subſecuta nocte ad ſua quiſq loca defendēda redire. erāt muri vrbis ꝛ altitudine ꝛ craſſitudine toto or-
be celebres ſed ob vetuſtatē ꝛ grecoꝝ incuriā pinis ac ꝓpugnaculis nudi. antemuralia vero oportune cō-
munita. in his greci ſalutē poſuere. armati milites inter muros ꝛ añmuralia pugnā ſuſtinere decreuerunt.
Triangularē pene vrbis formā fuiſſe tradūt. duas ptes alluit mare. nec muri deſunt ad pulſandos nauales
impetus idonei. qđ reliquū ē ad terrā vergēs poſt alta menia ꝛ añmuralia q̄ annotauim⁹ ingenti claudit
foſſa. Ceptū ē pliū paululū añ lucē cū miles turch⁹ piculi ꝙ more patientior eſſet ac vulnera ꝛ ſanguinem
pdaꝝ dulcedie penſaret pugnatū eſt in tenebri maiore turchoꝝ pnicie in q̄s tela ſupna librabant. At poſtq̄
dies illuxit dato ſigno vndiq nō ſolū cōſtātinopolis ſ3 etiā ipa q̄s pera ne q̄d auxilij grecis pſtaret. oppu-
gnari cepta eſt ſua cuiq legioni muroꝝ ps ac portaꝝ attributa vt diſcretus labor fortes atq ignauos di-
ſtingueret ꝛ ipa cōtentione decoris militū virt⁹ magis ac magis accenderet. Pari mō ꝛ nauales ſocij attri-
butas partes inuadere iuſſit. Admouent vrbi lignee turres. conectāt milites dolabras falces ſcalaſq. Et
iā elatis ſup capita ſcutis denſa teſtudine ſuccedūt. Greci ſaxoꝝ pōdera ꝓuoluūt diſiectā fluitātēq teſtudi-
nē lanceis contiſq pſcrutant donec ſoluta cōpage ſcutoꝝ exangues laceroſq pſternūt. fit ſtrages ꝛ iā tur-
chi deficientib⁹ animis lāguidi⁹ pugnāt. ſ3 adeſt maomethes fortiſſimū quēq noīatim vocitās vtq in pliū
redeant adhortat. hos pmijs allicit. illos minis deterret. inſtaurauit ex integro certamen. turchi rurſus ſb
ruere murū portaſq quatere innixi humeris ꝛ ſup iteratā teſtudinē ſcādentes phenſare hoſtiū tela brachi
acq nitunt. iteꝝ integri cū ſaucijs. ſemianimes cū expirantib⁹ euoluūt. cernit varia pereūtiū forma ꝛ plu
rima mortis imago. Johānes iuſtinian⁹ apud Genuā ligurū metropoli nobili loco natus qui ſuperioribus
dieb⁹ ſol⁹ vrbē defendiſſe videbat in hoc certamie vulneratus vbi fluitare ſanguinē ſuū aiaduertit ne cete
ros deterreret querēs medicū clā ſeſe pugne ſubtraxit. ſ3 impator vt abeſſe Juſtinianū cognouit quo ierit p
cōtat inuentūq rogat ne pugnā deſerat. ille nihilo magis flexus apire portā iubet qua curatur⁹ vuln⁹ in
vrbem redeat. Erāt aūt obſerate vrbis ianue quib⁹ ad antemuralia patebat iter ne qua fugiendi facultas
militi eſſet ac ꝓpterea hoſti fortius reſiſteret. fit interea remiſſior defenſio. qđ turchi aduertētes acri⁹ incum
bunt. Et qm̄ ps muri iā tormentis eneis diſiecta foſſam magna expte oppleuerat p ruinas ipas ſcādētes
antemurale cōſcendūt grecoſq loco deturbāt. porta que iohāni patuerat oībus apta fugā ꝓfuſiorē reddit
Tūc impator nō vt regē decuit pugnādo ſ3 fugiēs in ipis porte anguſtijs quoniā cecidiſſet oppreſſus calca
tuſq obijt. in tāta multitudine pugnatoꝝ duo tm̄ repti ſunt qui ſe viros oſtēderūt alter grecus alter dalma
ta Theophil⁹ Paleologus ꝛ iohānes ſclauus. qui fugere turpe putātes quom diu turchoꝝ impetū ſuſti-
nuiſſent multoſq obtrūcaſſent. deniq nō tā victi q̄ vincendo fatigati inter cadauera hoſtiū occubuere. Ju
ſtinianus i perā quom diuertiſſet inde chiū nauigauit ibiq ſeu vulnere ſeu moleſtia morbū incidēs inglo-
ri⁹ vitā finiuit. felix ſi in ipis Bizantij menibus aiam exalaſſet in ingreſſu porte. d. ccc. circiter milites ex
latinis greciſq periere. parti vulneribus ex tergo cōfoſſi parti cōcurſione oppſſi. ꝛ iā hoſtis ſuperiorē mu
rū tenebat ſaxaq in ciues deuoluēs ingredietibus ſuis auxilio erat. Tū ſubito capta vrbe ceſis oībus qui
reſiſtere auſi ſunt in rapinas itur. Erat victorum infinitus numerus in libidinem ac ſeuiciam corruptior
Nō dignitas nō etas nō ſexus quēq ꝓtegebat. Stupra cedibus cedes ſtupris miſcebāt. ſenes exacta eta
te feminas viles ad pdam in ludibriū trahebāt vbi adulta virgo aut quis forma cōſpicuus incidiſſet i ma-
nus rapientiū diuulſus ipos poſtremo direptores in mutuā pniciē agebat. dū pecuniā vel grauia tēplorū
dona ſibi quiſq traherēt maiore alioꝝ vi trucabat. Cūq in exercitu vario ꝛ diſſono ex ciuibus ſocijs atq
exteri⁹ cflato diuerſe lingue varij mores atq cupidines eſſent ꝛ aliud cuiq fas nihil illicitū toto triduo. In
cōſtantinopoli fuit tēplū Sophie iuſtiniani ceſaris opus toto orbe famoſum ꝛ cui cōpari alterū nequeat
nudatū ſacrū ſuppellectile ad oēs ſpurcicias patuit. Oſſa martiꝝ que fuerant illa in vrbe pcioſiſſima cani-
bus obiecta ꝛ ſuibus. Sanctoꝝ imagines aut luto fedate aut ferro delete. altaria diruta. in tēplis ipis aut
lupanaria meretricū facta aut equoꝝ ſtabula. coacti ſunt ſerui verberibus ac tormētis dñoꝝ abdita ſcruta-
ri ac eruere. inuēti nō pauci theſauri quos in ipo belli principio infelices ſuffoderūt ciues. quibus ſi ꝓ de-
fenſione vrbis vſi fuiſſent ſuā fortaſſe vitā ꝛ patrie libertatē ſeruaſſent. ſ3 auaro in aurū nulla ptās. captiui
oēs in caſtra deducti. Pudet dicere xpianoꝝ dedecus. dicā tm̄ ꝛ poſteritati tradere nō verebor qm̄ pſuaſum
mihi eſt futuꝝ aliqn̄ ꝛ fortaſſe anteq moriar qui tātā ſaluatori nr̄o illatā ignominiā vlciſcant. Simulacrū
crucifixi quē colimus ꝛ veꝝ deū eſſe fatemur tubis ac tympanis pcūtibus raptim ex vrbe hoſtes ad tēto-
ria deferūt ſputo lutoq fedāt ꝛ ad noſtre religionis irriſionē iteꝝ cruci affigūt. Ex in pileo quē ſarculū vo-
cant capiti eius impoſito corona vndiq facta. hic eſt inquiūt xpianoꝝ deus. Tū lapides lutūq iactātes mi-
ris dehoneſtāt modis. ſ3 nihil obſunt hec deo noſtro celū tenēti. nec maieſtatē ei⁹ quoq mō imminuere poſ-
ſunt cuius ea gloria ea ſublimitas ē. ea btitudinis pfectio vt nec laudibus hūanis extolli nec humiliari vi
tuperijs vllis poſſit. nos iſta ledūt atq cōfundūt p ignauiā atq deſidiā. dū veri dei cultū perire ſinim⁹ ꝛ i hoc
ſeculo bonū nomē ꝛ in altero ſpē ſalutis amittim⁹. Poſt hec cōuiuat⁹ maomethes quom forte plus ſolito
adhibuiſſet vt ſāguinē mero adderet pricipes optimateſq ciuitati captos crudel ꝛ ſanguinari⁹ carnifex ſete
miſereq iugulari iuſſit. Kirluc⁹ q̄ apđ ipatorē plurimū poterat ceſo añ oclos maiori filio. altero ad illicitos
vſus reſeruato ſecuri pcuſſus eſt. Duo alij eius filij occiderāt in bello. Jſidorus cardinalis in eo tumultu
captus quom veſte mutata nō fuiſſet cognitus. ccc. aſperis ſeſe redemit. Jd genus pecunie ē admodum le-
uis. Multi ꝛ veneti ꝛ ianuenſes ꝛ latinoꝝ. alij gladio ceſi ſunt. quidā multo redēpti auro. Jnſignis hic an
nus fuit expugnatione cōſtātinopolitana tā xpiano populo fedus ac lugubris q̄ turchoꝝ genti fauſtus le
tuſq. qui ab ortu ſaluatoris xpi ſecūdus ꝛ qnquageſimus ſupra milleſimū q̄drigenteſimūq cucurrerit an
nū. Pereſes vetus colonia genuēſiū qui ꝛ galathe nūcupat cognita bizātioꝝ clade priuſq rogarent mao

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ometbi deditionē fecere. muri vrbis diruti. multoꝝ bona ꝯtra fedꝰ direpta. femīe pueriq̄ʒ ludibrio habiti
Calibaſſe qui ad eū diē nō ſine maomethis diſplicentia vixerat tāq̄ʒ coſtantino imꝑatori turchoꝝ conſilia
ꝓdidiſſet per miſeros cruciatꝰ vita erepta ingētes q̄s cumul au erat opes exitio ei fuiſſe tradūtur. ⁊ quod
amuratez dimiſſo imperio ex priuaca vita reuocauit ad regnū. Auctꝰ eiꝰ pecunia maomethes tāto rex ſuc
ceſſu tumens in hūgaros expeditionem parare cępit. q̄ per trienniū circiter inſtructa accerſitis ex oī regno
ꝓceribꝰ penetratis tracie mōtibꝰ cū maximis atq̄ʒ infeſtiſſimis copijs ad ſauū vſq̄ʒ flumen ꝑuenit. c. l. milia
hoīm in eiꝰ exercitu fuiſſe tradunt pleriq̄ʒ terciā ꝑtē huic numero ſubtraxere. Caliſtꝰ terciꝰ q̄ ꝑ idē tp̄s ro-
manā cathedrā ſortitꝰ erat iohānē cardialē ſancti angeli cuiꝰ ſupra meminimꝰ ꝑſtāte v̄tute virꝝ q̄ germanos
in arma ꝯſciret turchorūq̄ʒ ꝯpeſceret impetū ad eas ꝑtes legatū miſit. Is ꝓmiſſa pctōꝝ indulgētia cūctis
q̄ ꝯ turchos militare vellēt adiuuāte iohāne capiſtranio q̄ ꝑ idē tp̄s hūgaris euāgelizabat. cruce ſignatorū
haud ꝑuū ꝯgregauit exercitū. nō diuitū ac nobiliū ſʒ inopis atq̄ʒ incōpoſiti vulgi. Surdēt opulētum aures
euāgelio nec diuinꝰ ſermo principibꝰ auditꝰ ē. cōtenti p̄nti rex ſtatu potētes futurū xp̄i regnū nō niſi mo-
rientes inq̄rūt. credula pauptas facile p̄dicatoribꝰ obedit. ſupra. xl. milia ſignū crucis accepere tecta mag|
fide q̄ʒ ferro acies. Huniades q̄ʒ nō ꝑuas copias in armis habuit. appropīquabat ſpe plenꝰ ⁊ incredibili
ſupbia tumēs maomethes nec iā ſibi vel mōtes vel flumīa obſtare putabat gl̄iari inter ſuos hūgariā iā pe
ne victā aſſerere. latinoꝝ imꝑatorē i ꝓpīquo eē dicere. Deleto grecoꝝ impio latinoꝝ īſtare finē turchis oīa
paritura. ſpolia ingētia ꝓmittere. germaniā atq̄ʒ italiā militū direptioni offerre. ꝑuia cūcta turchoꝝ armis
iactare. ſʒ q̄ʒ gl̄ioſus eiꝰ aduētꝰ tā turpis atq̄ʒ infamis receſſus fuit. albam ad ꝯfluētes danubij ſauīq̄ʒ sitā ꝑ-
uā vrbē oppugnare adorſus obtinere nequaq̄ʒ potuit. ꝑfregit machinis priores muros. irrupe in vrbē eiꝰ
acies. pugnatū ē inter diu noctuq̄ʒ. nūc victi nūc victores viſi ſunt hoſtes. ad extremū vulneratꝰ ſub pupil
la maomethes relictis impedimētis ꝑ noctē trepidꝰ aufugit. huiꝰ pugne ſeriē in hiſtoria bohemica ꝯp̄hē
dimꝰ. nō ē cur hoc loco latiꝰ inſiſtamꝰ. Auctores victorie tres Johānes habiti legatꝰ cardīalis cuiꝰ auſpi
cio res geſta ē. Huniades ⁊ capiſtranꝰ q̄ p̄lio interfuere. verum neq̄ʒ capiſtranꝰ huniadis neq̄ʒ capiſtranij
huniades mētionem fecere in eis lr̄is. q̊s de obtenta victoria ſiue ad romanū pōtificē ſiue ad amicos ſcrip-
ſere ꝑ ſuū q̄ſq̄ʒ miſteriū deū dediſſe xp̄ianis victoriā affirmauit. Auariſſima honoris hūana mēs facilius re
gnū ⁊ opes q̄ʒ gl̄iam ꝑtit. Potuit capiſtranꝰ p̄rimoniū cōtēnere. vluptates calcare. libidinē ſubigere gl̄iaꝫ
v̄o ſpernere nō potuit. Dicat forſitan aliquis non ſuū illi honorē cure fuiſſe ſʒ dei qui ꝑ paupes ⁊ inermes
rē xp̄ianā ſaluare voluerit. credimꝰ huic aſſertioni q̄ʒuis huniadis miniſteriū ſe victorie nō auctorē dixerit
Ferūt maomethē ab eo tp̄e nūq̄ʒ poſtea eius cladis meminiſſe quin mentē barbāq̄ʒ manu demulcēs quaſ-
ſanſq̄ʒ caput ei diei maledixerit qua pugnā ad albā cōſeruit.

## De Macedonia



275

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Proxima thracie ad occidētē ⁊ meridiē ꝯiūgit macedonia terraꝝ impio quodā potita q̄ inter duo maria ꝓtendit egeū ⁊ adriaticū. lat⁹ ei⁹ meridionale theſſalie atq; magneſie terga ꝓtegūt. ꝑtē ſeptentrionalē peonia ⁊ paflagonia excipit. ⁊ ipe regiones in macedonū poſtea iura cōceſſerūt macedonie addite. Epyrus q̄z macedoniā attingit ⁊ illirica terra. altera meridiē. altera ſeptentrionē excipiēs. in adriatico littore dirachiū vet⁹ ciuitas iacet ab cheroneſo vbi ſita ē nacta vocabulū epidan⁹ antea dicta. ⁊ a corcyreis olim ꝯdita. nec ꝓcul infra terrā appollonia fuit optis inſtituta legib⁹. ⁊ auguſti ceſaris qui grecas ibi litteras didicit ſtudio memorabilis. In altero littore theſſalonica eſt potēs quodā ciuitas. Quā tū ep̄le pauli ap̄li tū magni theodoſij ꝑceps atq; implacabilis ira famoſam reddidere. indignat⁹ eñ ob ceſos in ea iudices aliqñ clementiſſim⁹ impator vniuerſum vrbis populū trucidari mādauit. xv. milia viroꝝ ceſa tradunt. Nō tulit Ambroſius mediolanēſiū pōtifex tā immane facin⁹ incorreptū. impatorē ab ingreſſu eccle ꝓhibitū ſubire penitentiā ꝯpulit. nec maxim⁹ princeps paſtoris ſubire iudiciū recuſauit. Hinc lex ꝓmulgata vt lata ꝑ morte hoī⁹ ſentētia añ dies trigita nō exequat. Hanc vrbē libere ꝯditionis fuiſſe plinius tradidit. Strabo cōditorē ei⁹ philippū alexādri patrē affirmat. ambo eā attribuūt macedonie. Andronic⁹ emanuelis impatoris cōſtātinopolitani fili⁹ hāc in ꝑte hereditatis accepit. Demū iohānis fratris ſui odio qui patri ſucceſſit in impio venetis tradidit. Venetis amurates (turchoꝝ vt añ dixim⁹ impator) eripuit. Hic reliquā macedoniā vſq; ad mōtes peonie ⁊ quā modo albaniā vocant impio ſuo ſubiecit. Mira reꝝ mutatio et fluxa hūani impij glia. hec ē macedonia q̄ duob⁹ inclita regibus vt philippo ⁊ alexādro. grecia traciaq; ſubacta ipiū protēdit in aſiā. armeniā. hiberiā. albaniā. capadociā. ſyriā. egyptū. thaurū. caucaſum ſubiugauit. hec in bactris. medijs. pſis dñata. toto oriente poſſeſſo. indies quoq; victrix e veſtigio liberi patris atq; herculis ſigna circūtulit. Hec eadem noſtra etate ſpurciſſime turchoꝝ genti ſubiecta tributū pendere ⁊ iugum ferre miſerrimum cogitur.

## De magneſia et theſſalia

Magneſiā q̄z ⁊ theſſaliā nr̄o tpe turchoꝝ arma inuaſerūt. nobiliſſimi mōtes olimp⁹. pieris. oſſa. pyndus. inſup ⁊ othris. laphitaꝝ q̄dā ſedes turchoꝝ impio parēt. penes q̄s qn̄q; ⁊. lxx. vrbes fuiſſe oli plini⁹ affirmat. Totū peneū turchi poſſidēt. Inter flumia theſſalia clariſſimū iuſteagoniphos. hic fluuius orit inter oſſam ⁊ olimpū nemoroſa ꝯualle defluēs. l. ferme ſtadia pcurrit dimidio ei⁹ ſpacij nauigabilis. i eo curſu tempe vocant. q̄nq; milia paſſuū longitudine vltra viſuꝫ hoīs ſe dextra leuaq; leuiter ꝯnexis attollentibus iugis intus ſua luce viridant. hac labit peneus viridi calculo. circa ripas gramie amen⁹ canor⁹ auiū cōcentu. arripit amnē orchon nec recipit. ſ; olei mō ſupnatantē vt dictū ē ab homero breui ſpacio portatū abdicat. penales aquas diraſq; guttas genitas argenteis ſuis miſcere recuſans. hec plin⁹ de peneo. Tot xp̄ianis bona turchoꝝ arma eripuere. q̄uis nr̄aꝝ magis deſidiā incuſauerim. In theſſalia rege fuiſſe tradūt noīe grecū a q̄ grecia dicta ſit. Helenū q̄z in eodē loco regnaſſe a quo helena nūcupata ē. Homerus tribus noībus theſſalos appellauit. mirmidonas. helenas. ⁊ acheos. Hic ſunt philaꝝ anguſtie. perſarum cede inſignes. q̄ licet oli pſaꝝ impetū tenuere turchoꝝ tñ armis claudere tranſitū minime potuere.

## De Boecia

Poſt theſſaliā Boecia ſuccedit ab ortu in occaſuꝫ porrecta euboicū mare criſeūq; ſinū ꝯtigēs therbaꝝ claritate apud oēs ferme hiſtoricos noīata. Hic muſis natale in eliconis nemore. hic ſaltus cytharō et hyſmenus amnis ⁊ fontes dirce arethuſa ⁊ agāppe. q̄ patria quodā liberi pr̄is atq; herculis fuit q̄ fortes produxi epaminūdam nō cedens athenis claritate. ciuitas ea nr̄a etate exiguū caſtellū thebaꝝ ⁊ a turchis proximis annis cum reliqua Boecia occupatum.

## De hellis grecia

Sequit hellis q̄ a nr̄is appellata grecia. Acten. i. littus priſci vocauere. mutato deinde noīe acticā dixere. Homerus cūctos acticā incolentes appellauit athenienſes cū nōdū edificata foret megra. Protendit aūt actica ex boecia vſq; in hiſtmū corinthiacū pte ſui q̄ appellat megaris. Circa hiſtmū vō colūna fuit in qua hic inerat titulus in pte peloponeſum ſpectante. Hec poloponeſus at non ionia. in pte vō megara intuente. hec nō peloponeſus ſ; ionia. Idē eñ actici ⁊ iones fuere. Qui cū de finibus cū peloponeſiaticis ſepiſſime diſceptaſſent hāc tādē cōmuni cōſenſu colūnā erigi obtinuerūt. Acticā q̄uis ſaxoſaꝫ ⁊ ſterilē. pleriq; tñ mirificis laudibus extulerūt. deorumq; domiciliū eſſe dixerūt. loca ipa poſſidentiū ⁊ parētū heroū. In hac ciuitas athenienſis quodā nobiliſſima fuit nullius indigua pconij tāta eius ſupfluit claritas. Eadem noſtro tpe pui oppidi ſpeciē gerit. In eo tñ ſaxo quo vetuſtū Minerue templū fuit. arx eſt p omnē greciam nominata. tū opis magnitudine. tū difficultate oppugnationis. hanc Florentinus quidam maometho tradidit. Cum imploratis latinoꝝ auxilijs nullius opem inuenire t rura ei ob eam rem tradita inquis cuum ignobile ducat.

## De Peloponeſſo

Peloponeſſus actice iungit totius grecie arx quodā dicta. nā pter inhabitātiū in ea gētiū nobilitatem atq; potētiā ipe locoꝝ ſitus pricipatū deſignat atq; impiū. multi ſinus inſunt ⁊ promōtoria multa. inſignes etiā ſz pmagni cheroneſſi. ipa locoꝝ varietate iocūdi. formā eius platani folio ſimilimā dixere. longitudine ⁊ latitudine ferme parē. Ab occaſu in ortū ſtadioꝝ mille. cccc. perimetros ſiue ambitus omiſſis ſinibus vt polibio placet ſtadia quatuor milia continet. Arthemidorus aūt ſupaddit. cccc. cui ⁊ plinius conſentire videt yſidoꝝ auctorē ſecutus. Idē duo maria terrā ambire dicit ioniū ⁊ egeuꝫ. Anguſtie vñ procedit iſtmos appellāt. q̄nq; milia paſſuū latitudis continētes. Has anguſtias pfodere demetrius rex. dictator. ceſar gaius princeps. domicius nero infauſto (vt oīm exitu patuit) incepto tētauerūt. Hic corinthus nobil colonia fuit. Greci principes poſtq; turchoꝝ potētia in europā penetrauit ex mari ad mare producto p anguſtias muro peloponeſſum a reliqua grecia diſtinxerūt. murū examiliū appellauere. Hāc prouinciam hodie moreā latini vocāt. in ea achaia continetur. meſſania. laconia. argos ⁊ archadia. q̄ mediū parinſule obtinet. Amurates expugnata theſſalonica. ſubacta boecia. ⁊ actica pter athenas ad examiliū vſq; pro/

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

fectus pterritis grecis diruit murū. tributūqȝ annuū (cedētibus ſe peloponēſibus) īperauit. At cū hūgari
inſtāte iuliano cardinali. S. angeli aduerſ⁹ truchos arma ſumpſiſſent. confectiſqȝ nonnullis feliciter plijs
amplius inſtarent vrgerētqȝ hoſtes Conſtātinus qui poſtea apō conſtātinopolim imperauit ibiqȝ necatuſ
eſt vt añ diximus. Huius prouincie diſpotus animo auctus ⁊ negare turchis tributū ⁊ examiliū inſtaura
re non dubitauit. ob quā rē magna deinde pecunia mulctatus ē ⁊ examiliū denuo deſtructū cū victor amu-
rates apō varnā hūgaros deleuiſſet deuicta cōſtātinopoli albani q̄ cū plures peloponeſſum incolebāt ſum
ptis armis demetriū ⁊ thomā cōſtātini frēs regno deijcere annixi ſunt. nobilē quedā greculū ad regni faſti
giū aſſumētes vtraqȝ ps auxiliū maomethis implorauit. Illi nobilior ps viſa iuſtior auxilia aduerſus al-
banos demetrio fratriqȝ tradita. albā ſubacti priorib⁹ dn̄is paruere maomethi. xv. miliū aureoꝝ tributū pen
ſum. Thomas q̄uis hereditario iure impatorē ſe dicere poſſet cui⁹ maiores lōga ſerie grecoꝝ nemini im-
paruere. metu tn̄ maomethi eo titulo abſtinuit. Cū calixt⁹ pon. max. xp̄ianos pricipes in ſui pōtificat⁹ in
itio aduerſ⁹ turchos inuitaret exiſtimauit thomas turchoꝝ impiū pculdubio ruituꝝ maomethiqȝ tributū
negauit. Cū vero nō tā magnifica facta q̄ȝ verba eſſe aīaduertit pſoluto tributo ⁊ adiectis donis maome-
thi recōciliatus ē. Nūc vero ſi vera ē fama q̄ p hos dies allata ē violate fidei maiorē ſubire penā cōpulſuſ
maomethi prſus ſubiect⁹ ē. peloponeſſus tota turchoꝝ impio adiecta.

## Achaia



Egredienti Peloponeſſum per anguſtias iſtmi ad reliquam Greciā Strabo ⁊ Plinius occurrē acticā
tradunt. Ptolomeus Achaiaȝ eius fines hoc modo deſcribit. ab occaſu Epyrum. a ſeptentrione ma-
cedoniam ⁊ partem egei pelagi collocat. ad orientem eiuſdem maris terminos ponit vſqȝ ad ſummum pro
montorium. ad meridiem adriaticū pelagus iuxta littus qō acheol⁹ amnis irrupit in corinthico ſinu. Qō



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ſi ita eſt acticā. boetiā. phocidē. theſſaliā. magneſiā. etholiā ⁊ acarnaniā achaia ipa cōplectit. Idē tñ ptholomeꝰ
lomeꝰ alio loco mediterraneas peloponeſſi ciuitates enumerās elicē. burā. helenā. phereciā in achaia eē di
cit. ⁊ ꝓpriā eē achaiā intra peloponeſſuꝫ affirmat. nobis q̄ ꝑ nr̄i opis inſtituto res peloponeſiaticas ⁊ acti
cas breuiter abſoluimꝰ ⁊ ad occidentē feſtinamꝰ. Acarnania prior occurrit inter epirū boetiāqꝫ protenſam
cui etholia vel cōiūcta vel ꝯmixta eſſe videt. hec hodie ducatꝰ appellat. Johannes vintimiliꝰ natiōe ſicu
lus filiā ſuā diſpoto acarnanie in matrimoniū dedit. Exinde vexantibꝰ acarnaniā turchis ac geneꝝ obſidē
tibus cū paruo eq̄tatu mare traiecit. obſeſſores inuaſit. ſtragēqꝫ memoratu dignā edidit. nam parua manu
ingentes fugauit copias ſalutemqꝫ genero peꝑit. q̄ tñ paulopoſtea ꝑ inſidias captꝰ a turchis regnū amiſit.
epirū tñ eius adhuc nomie teneri ferūt.

## De Epiro

Epyrus in occidua pte ab acroceraunis montibus incipit protendit qꝫ verſus oriētē vſqꝫ ad ambrachi
um ſinū ꝑ ſtadia mille trecēta ſeptētrionalē eiꝰ ptē ptholomeꝰ macedonie ꝯiūgi tradit. orientale acha
ie vſqꝫ ad oſtia fluminis acheloi. occidentale latꝰ ionico excipi pelago aſſerit. Strabo auſoniū hoc idē ma/
re appellauit. in epyro. xxiiij. fuiſſe gētes theopōpꝰ tradidit. celebratiſſime chaones ⁊ moloſi regnū qñqꝫ
tenuere priꝰ q̄dē chaones poſteriꝰ moloſi q̄ ꝑ regū cognationē ex eacidaꝝ ſanguine progeniti mirūimmo-
dū amplificati fuerūt. Penes q̄s dodone vetꝰ oraculū ⁊ nobile viguit. Orā huiꝰ terre maritimā felicē atqꝫ
vberē tradidere. multeqꝫ olim vrbes ⁊ oppida munitiſſima in epyro fuere. ſ; ꝓpter populoꝝ rebelliones q̄
bus cū romanis ꝯtenderūt prouīcia vaſtata ē. lxx. eñ epyrotaꝝ vrbes a paulo emilio imꝑatore funditus
euerſas eſſe auctor eſt polibius victis macedonibus ⁊ pſe rege ſupato. Ex q̄bꝰ maximū numerū viris mo
loſoꝝ extitiſſe ⁊ mortaliū centū ⁊ q̄nq̄ginta milia in ſeruitutē redacta. Pliniꝰ veronenſis hāc cladē macedo
nibus attribuit. duaſqꝫ vrbes ruine adiecit. credo qꝛ macedones epyrotarū imperiū obtinebāt. vtrāqꝫ gen
tem vno noīe pliniū ꝯphendiſſe. Apud epyrū actica pugna late memorabilis ꝯmiſſa eſt. in q̄ ceſar auguſtꝰ
marcū anthoniū nauali ꝑlio vicit ⁊ ſilꝰ egypti reginā cleopatrā. nā ⁊ ipa huic certamini pn̄s fuit. Ob quaꝫ
reꝫ victor auguſtꝰ in ambrachio ſinu vrbē ꝯdidit eiqꝫ vocabulū indidit nicopolim. i. victorie ciuitatē. am
brachij ſinus hoſtiū paulo q̄ꝫ ſtadia q̄tuor maiꝰ eſt. circuitꝰ ſtadia. ccc. amplectit. optīa oī eiꝰ ex pte ſtatio.
Ingredientibꝰ occurrebāt olī a dextra habitantes greci accarnones ⁊ appollinis citij tēplū quondā in tu/
mulo ad hoſtiū eminēs cui cāpus ſubiacuit lucūqꝫ habens in naualia. in q̄bus ceſar vnum viginti naues de
cimaꝝ noīe repoſuit. ab vno remoꝝ ordīe vſqꝫ ad deciremes adiūgens. Siniſtra v̄o nicopolis eſt ⁊ epyro/
taꝝ colonia. Caſſope nr̄a etas epyrū artō appellat. Circa littus eius paucis añ annis profectꝰ regie claſſis
noīe wilhelmꝰ marinꝰ triremes venetoꝝ inſecutꝰ ꝯphēdit atꝫ incēdit ī eodē littore apō acroceraunios mō
tes finiri hadrie nauigationē ioniuꝫ incipe pelagus Straboni viſum eſt. apud quē mare auſonium idē io
quod ionium eſſe apparet. cum Epyri oram auſonio ablui pelago affirmet.

## De Albania

Que nūc albania dicit olī macedonie porcio fuit ad occidentē verſa in q̄ dirathiū ⁊ appoloniā fuiſſe ꝓ/
didimus nō incelebres priſco ſeculo ciuitates. Sermo gēti neqꝫ grecis neqꝫ illiricis notꝰ. Credimꝰ
hoc genꝰ hoīm ex albania quodā veniſſe q̄ vicina colchidi in aſiatica ſcithia memorat vt ſepe barbaraꝝ in
undatio nationū grecie atꝫ italie ꝓuīcias occupauit. In hac terra potēs camuſa fuit q̄ xp̄ianis pn̄tibꝰ ortꝰ
paꝝ tenax catholice fidie ad maomethis īſaniā decliauit. Sꝫ q̄ꝫleuiter xp̄m deſeruit tāfacile maomethis ſa
cra cōtempſit. redijt eñ ad paternā legē. ⁊ q̄ꝫuis vtrāqꝫ religionē ꝯtempſerit neutri fidꝰ xp̄ianꝰ tñ mori q̄ꝫ
turchꝰ maluit. Paulo poſt cōſtantinopolitanaꝫ cladē morbo extinctꝰ Georgiꝰ ſcāderbechꝰ eiꝰ hereditatē
accepit nobili loco natꝰ q̄ etatē pene omnē in armis ꝓ xp̄i noīe pugnando ꝯſumpſit. mltas ⁊ magnas tur
choꝝ turmas bello vicit ⁊ deleuit. ſoluſqꝫ quodammō regionē illam in euangelio xp̄i cōtinuit. q̄ꝫuis ho-
die hoſtili ferro petita magna ex pte deſerta ferat. Rex alfonſus ſepe milites in albaniaꝫ miſit ⁊ croyā vrbē
in ptātēꝫ acceptam a turchis defendit. Nepos ſcāderbechi ex fratre cū turchoꝝ parti fauēs inſidias patruo
moliret ab eo captus eſt ⁊ ad Alfonciū miſſus in carcerē coniectus eſt. Caliſtus q̄ꝫ romanꝰ pontifex auxi/
lia pecuniaria ſcāderbechio nō pauca miſit. Velona in albania nō magna ciuitas eſt in portu maris ſita q̄
breuiſſimus eſt in italia traiectus. hāc pazaietes primus ex turchis occupauit. rebellātem amurates recu/
perauit. neſcio quod malū minat ytalie.

## De illiria

Poſt albaniā illirice ſequūt gētes ad occidentē ſeptentrionēqꝫ verſe. hoc genꝰ hoīm noſtra etas ſcla
uos appellat. ⁊ alij boſnēſes. alij dalmate. alij croaci hiſtri carniqꝫ nūcupāt. Boſnēſes ītrorſꝰ ad pā
noniā vergūt ſeptētrioni expoſiti. reliq̄ adiacētes mari ad timaui vſqꝫ fontes ꝓtendunt. hinc auſoniū illic
pannoniam intuentes. Timauus aūt in intimū adriatici maris ſinū excurrit. cuius fontem matrem appel
lari maris Srabo ꝓdidit. In boſna rex gētis ſteffanus noīe (ſic eñ reges ſuos appellare ꝯſueuere) q̄ꝫuis
xp̄i religionem ſectaretur. diu tñ baptiſmi ſacramento abſtinuit. ſed anno ſupiore vocato ad ſe Johāne car
dinali ſancti angeli cuius ſepe meminimus ab eo baptiſmatis vnda ꝑfuſus ⁊ ſacris noſtris rite iniciatis
turchis q̄bus cū federe iunctus erat bellū indixit. nunc paululū nutare affirmatur. In hac regione q̄ꝫpluri
mum heretici poſſunt. quos vocant manicheos peſſimū genus hominū. qui duo principia reꝝ ꝓdunt al/
terū bonoꝝ alterum maloꝝ. nec primatū romane eccīe tenent. nec xp̄m equalem cōſubſtantialemqꝫ patri eſ
ſe fatentur. hoꝝ cenobia in abditis ⁊ montiū conuallibus ſita feruntur. in quibus egrotantes matrone ſer
uientes ſanctis viris ſi euaſerint ad certum tempus deo vouent. reddite ſanitati permittentibus viris vota
perſoluunt. ꝓmiſcue inter monachos p̄finito tp̄e viuentes. hanc labem nulla ſedis apoſtolice decreta. nul
la xp̄ianoꝝ arma delere potuerunt. Sinit ad noſtrā exercitationē regnare hereticos deꝰ.

## De Dalmacia

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

In dalmacia raguſeos magnis affecit cladib⁹ Steffan⁹ inter boſnēſes ⁊ dalmatas ducatū poſſidens ⁊ manicheoꝝ veneno infect⁹ q̄ ⁊ ſi xp̄ianos ꝑ inſidias captos ſepe turchis venūdauerit mittere tn̄ oratores romā ⁊ auxilia ſedis ap̄lice petere nō erubuit. ei⁹ belli ſumptus ex xp̄ianis petēs qd̄ geſſerat ī xp̄ianos nec defuere q̄ tā impijs verbis aures accomodarēt.

## De Croacia

In croacia auſtral' mulier que nuptias comitis cū eēt inferiore ſanguine. moꝝ p̄ſtātia ⁊ forme elegantia meruit. dū laxādi animi gratia ex caſtello in caſtellū obeq̄tat ſubito turchoꝝ interuētu capta ⁊ apd̄ eos aliq̄ȝdiu detēta. impatiētia tandē mariti nō ꝑuo auro redēpta ē. Querat fortaſſis aliq̄s vbi nā liburniā dimiſerim⁹ quā ꝑmeaſſe anthenorē ytaliā petentē inſignis poeta cōmemorat. Cōfuſi ſunt ad modū ꝓuinciaꝝ fines nec expedire noua facile ē ne dū q̄s vetuſtiſſima poſſit abſoluere. Plini⁹ liburnie finē initiū eē dalmatie dixit ⁊ traguriū marmore natū. in ea eē ſalonā q̄ȝ coloniā que ab iadera. c. ⁊. xij. milib⁹ paſſuū abfuit. Jadera vo cētū. lx. a pola diſtare. ex quo fit vt inter croatinos ⁊ dalmatas liburni ſedes habuerūt. forſitan ⁊ croatini nouū gentis nomē liburnoꝝ loca inuaſerūt nobis hec indicaſſe ſufficiat. ſi q̄s cerciora deſiderat priſcos euoluat autores. Ptholome⁹ liburniā dalmatiā atȝ illiridē ſil' cōfudit. ⁊ illiridi q̄dē a ſeptētrionali plaga pannoniā occurrere dixit. ab ortu ſuperiorem myſiam. ab occaſu hiſtriam. a meridie macedoniam ⁊ adriaticum latus.

## De hiſtria

Hiſtriā veteres ytalie ꝑtē tradiderūt in q̄ paretiū ⁊ pola ē ⁊ iuſtātinopol' quā caput hiſtrie vocāt incōueuienter. italie tn̄ iūgit' adriatico ſinu diſiecta ⁊ in peninſule modū circūdata mari q̄ cōtinenti applicat' a tergo. lapidea eſt ⁊ mōtana regio quā priſci albaniā vocauere. Plini⁹ hiſtriā adherere liburnie dixit Ex q̄ palā fit croatinos liburnoꝝ loco ſuccedere. Hiſtriā ab hiſtro amne dictā ferūt quē a danubio in adriam fluere falſo tradidere. cui errori ⁊ pōponi⁹ mella ⁊ nepos padiacola aures adhibuit. null⁹ em̄ ex danubio amnis in adriaticū effūdit' mare. Argonautaꝝ eos fabula decipit q̄s ꝑ hiſtrū ex mari pōtico in hiſtriā vectos memorie ꝓditū ē. ſ ꝯſtat eos ex hiſtro in ſauū aduerſo flumie nauigaſſe. deinde nauportū quē hodie labricū appellari putauerim. cui⁹ paludē lugeū ſtrabo appellat. Ex nauporto vo ꝑ mōtes humeris aduecta nauis in adriaticū ꝑuenit. Hiſtri hodie ſclaui ſunt q̄ꝝuis maritime vrbes italico ſmōe vtāt' vtriuſq; lingue peritiā habētes. ps ꝓuincie melior ea q̄ maritima venetoꝝ imꝑio ſubiecta ē. Mediterranea domus auſtrie poſſidet. Oppidū ſ. viti qd̄ ad flumē ticiū ſitū ē falſenes habēt. Ex q̄ loco ad aq̄legiā mille ſtadia eē Tudidan⁹ q̄ domuit hiſtros tradidit finē italie muſie flumini tradidere. In hac terra nihil etate nr̄a memoria dignū geſtū eē accepim⁹. q̄ꝝuis auſtrales ⁊ venetos magna de finib⁹ cōtentio agitauerit. ⁊ vtriuſq; partis ſubditi armis ꝯtēderit. ad q̄s lites ꝯponēdas nos aliq̄n ab impatore miſſi q̄ꝝuis inducias belli fecim⁹ et no uos termios ꝯſtituim⁹ vniuerſaȝ tn̄ litē amputare nequim⁹.

## De Carnia nūc germanie ꝓuincia

Carni inter q̄s lapides enumerant' hiſtros ſequūt'. Sclaui tn̄ q̄ꝝ ſermo regionē obtinet carnos bifariam diuidūt duplicē carniolā eſſe dicētes. Alterā ſiccā ⁊ aq̄ꝝ indiguā in q̄ hiſtros ponūt ⁊ carſos. qui medios inter labacū ⁊ tergeſtū incolūt mōtes ⁊ ad tymanū vſq; ꝓferūt. Alterā irriguā in q̄ flumē ſauus oꝛtū hȝ ⁊ nauport⁹ q̄ labac⁹ hodie appellat' ⁊ alij q̄ꝝplures fluuij. In hac prouīcia dū frideric⁹ impator coronā regni theutonici apd̄ aquēſeȝ ciuitatē peteret vlric⁹ cilie comes ⁊ albert⁹ ip̄atoris frater cōiūctis virib⁹ labacū inſigne oppidū ex flumie cui adiacet dictū obſidiōe cinxere. diu machinis oīs generis oppugnauere ſed a friderici militibus non ſine clade repulſi ⁊ caſtris exuti diuitē ſuppellectilē ꝑdidere. hoc oppidū ſclaui ⁊ itali lublana vocat ex lugea palude ſumpto vocabulo.

## De Carinthia nūc germanie prouincia





Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Corinthia montana ⁊ ipa regio carnis applicat̃ ad ortũ ac ſeptẽtrionẽ ſtirie iũcta. ad occaſum ⁊ meridiẽ
alpes. italas ⁊ forũ iulij cõtingit. multe in ea valles colleſqꝫ. feraces tritici. multi lacꝰ. multi amnes quo
rũ pcipuꝰ drauꝰ ꝗ ꝑ ſtiriã ac pannoniã in danubiũ fert̃ haud inferior ſauo. Imperiũ ꝓuincie auſtrales obti
nent ⁊ archiducẽ appellat cui ea regio paret. Quotiẽs nouꝰ pricеps reipublice gubernationẽ init ſolennita
tem nuſqꝫ alibi auditã obſeruãt. nõ lõge ab oppido ſancti viti in valle ſpacioſa vetuſte ciuitatis reliquie vi
ſunt̃ cuiꝰ nomẽ tpis aboleuit antiquitas. Iuxta in pratis late patẽtibꝰ marmoreꝰ lapis erectus ẽ. huc ruſti
cus aſcendit cui ꝑ ſucceſſionẽ ſtirpis id officiũ hereditario iure debet̃. a dextera bos macer nigri coloris aſtat
ad ſiniſtram pari macie deformis eq̃. freqũes circa eũ populꝰ ⁊ oĩs ruſtica turma. tũ pricеps ex aduerſa pra
torum pte ꝓcedit purpurati eiꝰ ꝓceres ambiũt vexillũ añ ipm ⁊ inſignia principatꝰ comes gorcye ꝗ palla
cij curã gerit. inter. xij. minora vexilla pcurrit. reliq̃ magiſtratꝰ ſequũt̃. nemo in eo comitatu nõ dignꝰ hono
re videt̃ niſi pricеps ꝑ ſe ipe ruſtici ſpeciẽ ferẽs. agreſt eivestis. agreſt pileꝰ. calcenſqꝫ ⁊ bacculꝰ in manu ge
ſtatus paſtorẽ oñdit. quẽ poſtqꝫ ruſticꝰ ex lapide venientẽ cõſpicatus eſt ſermone ſclauico (ſunt enĩ ipi corin
thiani ſclaui) quis hic ẽ inclamat cuiꝰ tã ſupbũ inceſſum video. reſpõdent circũſtantes principẽ terre aduen
tare. tũ ille iuſtus ne iudex ẽ ſalutẽ patrie querẽs. libere ꝯditionis. dignꝰ honore. eſt ne xpiane cultor fidei ⁊
defenſor. reſpondent oẽs eſt ⁊ erit. rurſus ille. quo me iure ab hac ſede dimoueat. At goricie comes. lx. dena
rijs abs te hic locꝰ emit̃. iumẽta hec tua erũt bouẽ atqꝫ equã oſtendẽs. veſtimẽta quoqꝫ pricipis ꝗ pauloañ
exuit accipies eritqꝫ domꝰ tua libera ⁊ abſqꝫ tributo. Quibꝰ dictis ruſticꝰ leui alapa principi data bonũ iu
dicẽ eſſe iubet ⁊ ſurgẽs iumentaqꝫ ſecũ adducẽs loco cedit. Pricеps vo cõſcẽſo lapide nudũ gladiũ manu vi
brãs ad omnẽ ſe partẽ cõuertit equũ iudiciũ populo ꝓmittẽs. ferũt ⁊ aquã frigidã ruſtico allatã pileo bibe-
re tanqꝫ vini vſum dãnet. Deinde ad ecciam ſolienſem ꝑgit ꝗ in ꝓpinquo tumulo ſita ẽ ſancti petri vocabu
lũ habens ⁊ olim põtificalis fuiſſe. vbi pactis ſacrificijs princeps ruſtica indumẽta deponit paludamẽtũqꝫ
induit. cõuiuatuſqꝫ ſplẽdide cũ procerıbꝰ in prata reuertit̃ ibiqꝫ pro tribunali ſedens ius petentibus dicit ⁊
feuda cõfert. Fama eſt anno. d. cc. nonageſimo poſt xpi ſaluatoris ortũ impante Carolo magno ducẽ gẽtis
Iguonẽ noĩe ingens cõuiuiũ prouĩcialibꝰ pparaſſe. ⁊ aggreſtibꝰ quidẽ ad cõſpectũ ſuũ intromiſſis in vaſis
aureis atꝫ argẽteis. nobilibꝰ vo ⁊ magnatibꝰ procul ab oculis collocatis fictilibꝰ miniſtrare iuſſiſſe. Inter
rogatus cur ita faceret reſpõdiſſe. nõ tã mũdos eſſe qui vrbes ⁊ alta palatia qꝫ qui agros ⁊ hũiles caſas co-
lerent. Ruſticis qui xpi euãgeliũ accepiſſent. baptiſmatis vnda purificatis cãdidas ⁊ nitidas eſſe aĩas. nobi
les ac potẽtes qui ſpurcicias ydoloꝝ ſequerent̃ ſordidas ac nigerrimas. ſe vo pro aĩaꝝ q̃litatibꝰ inſtruxiſſe
cõuiuiũ. Caſtigatos ea re nobiles cateruati ſacre baptiſmatis vndam querentes breui tempore ſub virgilio
et arnone iuuanienſibꝰ epis vniuerſos xpi fidẽ accepiſſe. Hinc honos inueſciẽdi pricipis ruſticitati ductꝰ.
Fuit aũt dux Corinthie venator imperij ad quẽ lites venatoꝝ oĩm deferebant̃. vocatꝰ in iudicio corã impa-
tore querelãtibꝰ nõ niſi ſclauonica lingua reſpondere tenebat̃. Multa huiꝰ prouĩcie fuiſſe ornamenta cõme
morãt. multa priuilegia. facile id creditu ẽ qñ impatorẽ lodouicũ eiꝰ terre ducatũ filio ſuo arnolfo primoge
nitꝰ cõtuliſſe nõ ambiguũ ẽ. Eſt ⁊ alia huius prouĩcie cõſuetudo in oppido quod Clagefurciũ appellant
cõtra fures duriſſima. Si quis in furti ſuſpitionẽ inciderit mox captus laqueo ſuſpenſus vitã finit. Sum-
pto ſupplitio pꝰ triduũ de ſuſpitiõe iudicãt. ſi reũ fuiſſe necatũ inueniũt pẽdere cadauer infame ſinunt donec
ſua ſponte cõſumptus decidit. Sin nõ depoſitũ in cimiterio cõdũt. iuſtũqꝫ funus e publico faciunt ⁊ aĩe gra
tas exequias. In hac prouincia comes gorcie vlricꝰ vir muliere corruptior impuberes filias media nocte ad
potũ ſurgere cõpulit icrepitãs ꝗ ſine ſiti ſomnũ agerent. cũ paſtoribꝰ ⁊ bubulcis ſepiꝰ qꝫ cũ nobilibus con
uerſatus ẽ. Senex ſup glaciẽ cũ pueris luſit. Inter vulgata ſtorta frequentiſſime lauit. raro in aula pranſus
eſt. ſolus cocũ adiens ofulas in ipa coquina vorauit. veſtes induit viles ac punctas. pectus nudũ ⁊ apertũ
oſtendit. oculi ſemper lacrimantes fuere. Quem cũ aliqñ ad ſe venientem Fridericus imperator ex feneſtra
intuitus eſſet me vocitãs. age inquit o Enea principem qui ad nos properat contemplare. Si quẽ mundio
rẽ pulchrioremqꝫ videris aliqñ effare. mihi cũ ſatis principem comitẽqꝫ conſideraſſem feda ruſticitas viſa
eſt que dominatũ aſſecuta egregium ſeruitio pmeret. Huic vxor natione vngara. forma preſtanti ⁊ audacia
pluſqꝫ virili vincula induit. mox vlrici comitis cilie auxilio liberatus vxorem domo pepulit. nec diu poſt vi
ta functus filios bone indolis adoleſcentes ⁊ matri qꝫ ſibi ſimiles reliquit heredes.

## De ſtiria germanie prouincia

Stiria quã quõdã valeriã inuenimꝰ nũcupatã ad orientẽ pannonie iũgit̃. latꝰ eius ſeptẽtrionale auſtriã
reſpicit. ad occidentẽ ac meridiẽ carnis ⁊ corinthus occurrit. eodẽ qꝫ prouĩcia mõtana ẽ qꝫuis in oriẽ
tẽ porrecta planicies nõ ꝑuas habeat. Drauus ac mura inſignes fluuij terrã irrigãt. mura in drauum exone
rat̃. ille in danubiũ. Urbiũ populi plerũqꝫ teuthones ſclaui qui citra drauũ rura colũt. Imperium auſtralis
familie eſt in eo oppidũ vetus qđ ciliã vocãt nõnulli Sillateũ appellatũ quondã exiſtimãt ⁊ opus fuiſſe lucij
ſille. de q̃ re nobis nihil exploratũ ẽ. Multe ibi vetuſtatis reliquie viſunt̃ ⁊ romanoꝝ noĩa principũ ſepulcra
lia marmora referũt. In eo pfuit etate noſtro fridericꝰ comes. ꝗ cũ eẽt in libidinẽ ꝓniſſimꝰ ⁊ olĩ veronice cõ
cubine incẽſus amore legittimã cõiugẽ ex comitibus croacie natã ſua manu interemiſſet. cõcubinã vo pater
eius hermãnus vt ẽ potentũ iuſticia ⁊ in ꝓfluentẽ dimerſiſſet vxores paſſim maritis abſtulit. puellarũ gre-
ges in pallaciũ rapuit. ꝓuĩciales ꝑ mancipijs habuit. ecciarum bona diripuit. monetarum falſatores. vene
ficos. ariolos. nigromantes vndiqꝫ ad ſe conſciuit. Et qꝫuis anno iubilei iam nonagenarius indulgentia
rum cauſa Romam petiſſet reuerſus tamen nihilo melior viſus eſt. Interrogatus quid ſibi Roma profuiſ
ſet in priſtinos mores relapſo. Et calciator meus inquit ad conſuendas ocreas poſt viſam Romam redijt.
Huic vita fũctus Udalricus filius ſucceſſit. per cetera ſimilis ingenio. tantum ⁊ eloquentia maior. Quo
ſicut dictum eſt interfecto quatuor ⁊ viginti competitores hereditatis fuere. vt qui viuens vndiqꝫ bella cõci

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

uerat moriens q̄z ſeditiones excitaret. Sed optimates terre poſſeſſionē īpatori friderico tradendā cenſu
erunt ea lege vt cōpetitoribus ſcđm prouincie cōſuetudinē in iuditio reſponderēt. Relicta vlrici armis de/
fendere que poſſidebat decreuit. Fridericus manu potenti cū plura caſtella obtinuiſſet in cilia tādē recepꝰ
eſt. Arces loci tradēte iohāne vitonitio natione bohemo. qui cū fuiſſet magiſter militie comitis accepta ce
ſaris pecunia a ꝯiuge eius defecit. ſed mox penitentia ductus grande auſus ⁊ in expiabile facinus tanq̄ ſce
lus ſcelere redempturus imꝑatorē iā ſibi ſecuꝝ ⁊ cū paucis cilie morantem nocte cōcubia intercipe aggreſ-
ſus eſt. Corruptis nanq̄ opidanoꝝ pleriſq̄ qui ſibi aduenienti partem oppidi traderent. Hora cōſtituta
cum octingentis equitibus intromiſſus cūcta miſcere armis cepit. Affuit diuina pietas Friderico que illi
preter cōſuetudinē in arce ſupiore ⁊ humana ope munitiſſima ea nocte dormiendū ſuaſerat. proceres q̄ re-
manſerant in oppido capti omnes in quos ⁊ Johannes vnguadius cūctis ſtirienſibus opulentior cū Ge
orgio fratre abductus eſt. necnō Vlrico auſtrie cancellario. Qui eſſet epūs ⁊ ad ecclam confugiſſet parſuꝫ
eſt vſq̄ adeo apud hoīes noſtri ſeculi diuia ⁊ hūana iura perierunt. Traditori bohemo diuiti ſpolio locu
pletato nō defuerunt ex illo tpe adiutores. Fama eſt ea q̄celebris inter ſtirieſes nobilē quempiā fuiſſe cui
ſepe in animū ceciderat ⁊ ſeipſum laqueo ſuſpendere. id egre ferentem ex docto quodā viro remedium peti
uiſſe aduerſus eā temtatione. Conſiliū datū ꝓmiū vti ſacerdotē cōduceret. qui ſibi manente in arce quadā
ſolitaria ſingulis diebꝰ rem diuinā faceret. paruiſſe nobilē atq̄ in annum ferme cōtinuaſſe nulla ſuſpendē
di cogitatione interueniente. Poſtremo rogatū a ſacerdote vt pſbitero vicino q̄ dedicationē ecclie in proxi-
mo monte habiturus eſſet auxilio eſſe poſſet. licentiā dediſſe ꝓponentem in animo paulopoſt ſequi et ſacris
intereſſe. ſtetiſſe diu poſtea nunc vna nunc altera cauſa retentū. deniq̄z circa meridiē profectū agreſti cuidaꝫ
in nemore occurriſſe qui rem diuinā in monte peractam eſſe populumq̄z omnē abijſſe diceret. cōtriſtatum
eo nuncio nobilem infelicē ſe eſſe dicentē qui eo die ſacrū corpus xp̄i non vidiſſet. agreſtem conſolari cepiſ
ſe vēdituꝝ ſi vellet nobilis emere ꝓmiū quod intereſſendo diuinis meruiſſet. ſagūq̄z nobilis petiuiſſe pre
ciū noīe. venditione facta nobilem nihilominus montē aſcendiſſe atq̄z oraſſe in templo. reuerſus autem in
proxima arbore ſuſpenſum agreſtem inueniſſe. ſed poſtea diris cogitationibus haud quaq̄ vexatū fuiſſe
In hac prouincia decoctum ſal ad vicinas regiones importatur. Ea ⁊ ferri mineras locupletas habet. Et
argenti fodinas non ignobiles. Quis in curia principū argentum haud multum effundatur.

De auſtria germanorum celebri prouincia



278

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Auſtriam deſcribere hoc loco haud neceſſarium exiſtimamus. de qua ꝓpriam hiſtoriam edidimus. bre/
uibus tñ ſitus eius abſoluet᷑. hoc eñ tpe diuiſis eſſe terre limitibus. Auſtria olim pānonia ſuperior
dicta. ab oriente habet hungariā. ab occidende bauariā. ſeptentrionē eius bohemia ⁊ morauia terminant
ad auſtrum ṽo montes ſtirie qui longo tractu ab alpibus deriuant᷑. Latitudo eius triū aut paulominꝰ die
tarꝝ. Longitudo ṽo duplo maior. terra nobilis. aquis irrigua. vitibus cōſita. ligni copioſa. agro feraci. pi
ſcibus plena. vino adeo exuberat vt bohemis morauis ſchleſitis bauaris in dando vino ſatiſfaciat. exinde
ꝙ ꝗ̄maximas opes colligit. Danubiꝰ eā mediā ſecat fluuius omniū europe maximꝰ. Inter ꝑcipuas eius
ciuitates eſt Vienna panoniorꝝ maximū emporiū olim flauiū appellata ambitu murorꝝ duūꝫ miliū paſſuū
cingit᷑ foſſatis ꝓpugnaculis torribuſqꝫ ⁊ maximis ſuburbijs decorata. principū auſtrie ꝑcipua ⁊ digniſſi
ma ſedes. In ea ꝓuinciales poſt obitum alberti ceſaris friderico ſe cōmiſerunt ea lege. vt ſi maſculum pre
gnans regina pareret tutor eius eſſet. ſin feminā terre dn̄s. Nato vt p̄dictū ē ladiſlao tutelā eius Fridericꝰ
accepit. Milites qui ſub Alberto meruerāt cū ſtipendio ſe fraudatos dicerēt prouinciā latrocinijs ac incen
dijs vaſtauere. Eorꝝ vexatio. xl. milibus aureis a friderico redempta eſt. cū bohemis ⁊ hungaris excurſio
nibus in auſtriā facientibꝰ. Ex ſororibꝰ ladiſlai ſenior wilbelmo duci ſaxonie nupſit. Iohānes huniades
cū regni hungarie coronā a friderico fruſtra repetiſſet cū. xij. milibus equitū ingreſſus auſtriā omnē agrūꝫ
inter Viennam ⁊ ſtirie mōtes diripuit atꝫ incendit. Petentē ytaliā ceſarē rogauerūt auſtrales vti latiſlaū ꝗ
iā ꝓpe modū adoleuiſſet in paterna hereditate apud ſe dimitteret. reiecta petitiōe auctoribus duobꝰ vlrico
altero cilie comite altero eyzingero ſumptis armis rebellauere. Redeūtē ex ytalia fridericū apud nouā ciui
tatē obſidione cinxere. quibꝰ ⁊ heinricus roſenſis natiōe bohemꝰ cū ducētis eq̄tibꝰ ⁊ mille peditibus ſe
adiunxit. Et ꝗ̄uis a Nicolao pon. maxīo iuſſi eſſent ne tutelā ceſaris impedirent. Cōtemptis ap̄lice ſedis
mandatis ⁊ tāte maieſtatis auctoritate deriſa ſceleratū ꝓpoſitū tenuere. Docta eo tpe Viennēſis ſcola indo
ctā ſententiā protulit. que ꝑ ap̄los ad futurꝝ cōciliū interponēdū ſuſpendi poſſe romani p̄ſulis mādata re
ſcripſit. Ciuitas viennēſis ⁊ oīs auſtria ex eo tpe in armiſ fuit ſꝑ temeritate religionis penas pendēs. Ceſ
ſit furenti populo fridericꝰ puſillūqꝫ adhuc tenerē ea lege in manus comitis cilie tradidit vt ꝯuocatꝰ ad vr
bē viennā ꝯſanguineis vtriuſqꝫ ꝑtis ⁊ amicꝭ de tutela. de oppidis. deqꝫ ceterꝭ ꝯtētionibꝰ principū. ꝗ voca
ti ꝯueniſſet arbitriū diffinirēt. Ladiſlaus ſumma populorꝝ alacritate apud viennēſes exceptꝰ cūcta ex volū
tate comitis adminiſtrauit. Ad cōſtitutū ꝯcilij diē Lodouicꝰ bauarie ⁊ wilbelmꝰ ſaxonie duces. Albertꝰ
qꝫ brādeburgenſis Carolꝰ badēſis marchiones ꝯuenere. Cū multi ex bohemia multi ex būgaria barones
impator legatos miſit. quibꝰ ⁊ nos adiūcti fuimus. diu de iure ꝑtiū diſceptū. ſꝫ cū oīa ex arbitrio victoris
agerent᷑ nec leges defenderēt ꝗ̄ arma nō protexiſſent infectis rebꝰ diſceſſuꝫ ē. Diſceptata ſunt oīa ꝗ̄ ꝓmiſe
rant auſtrales impatori. dictū oē indictū fuit. neqꝫ lr̄is neqꝫ ſigillis auctoritate habita barbara fide actum
In eo ꝯuētu ladiſlaus iohānē huniadeꝫ ꝗ ſibi regnū a turchorꝝ inuaſione ſeruaſſet ad principatꝰ honorē
euexit. qui ſugeſto in magno foro apud carmelitas erecta ſede ſedens aurea regali paludamento ac dyade/
mate ornatus comitatū ei biſtricēſem ꝯmiſit. qꝺ eo in loco minime licuit. neqꝫ eñ regi hungarie ſub impe
rio romano maieſtatem gerere ius eſt. ſꝫ tāta reuerentia regū ꝗ̄ta eis ꝑ arma ſiue dat᷑ ſiue relinquit᷑. Co
mes cilie dū regē quolibet impellit ⁊ ad ſe cūcta rapiens Eyzingerū viennēſeſqꝫ ꝯtempnit. Concubinam
quā viro interfecto ſuſtulerat reginali pene honore dignat᷑. Ex fauore tandē regio cadit ⁊ annuēte eytzin
gero e curia pellit᷑. quē in exiliū ꝓficiſcentē ꝗ̄tuor tm̄ equites comitati ſunt. Alberto marchione branden/
burgenſi ne ꝑ ꝯtemptū a populo lapidaret᷑ ad portā vſqꝫ vrbis ſecuritatē p̄bente. Sed ꝗ̄ feda ⁊ miſera
bilis eius fuga. tā ſupbꝰ ⁊ fauorabilis eiꝰ redditꝰ fuit. Nā pꝰ annū cū iā ex bohemia rex rediſſet ſuadētibꝰ
primoribus auſtrie baronibꝰ reuocatus. cū mille equitibꝰ argento ⁊ auro fulgentibꝰ viennā repetit. cui ex
tra portas vrbis ⁊ rex ad mille ferme paſſus exijt obuiā. ⁊ oīs ferme nobilitas redeūti gratulata ē. Plebs
qꝫ ꝗ pauloan̄ lutū ac lapides in fugiētē iactare tentauit ſternere viā floribus ꝗ redeūti trāſitꝰ fuit minīe du
bitauit. vt ē in vtrāqꝫ partē in modica ſiue annuerit ſiue oderit. Mira rerꝝ mutatio ⁊ ludēti fortune iocꝰ. ey
tzingerꝰ extra gratiā regis factus in caſtella ſua recedēs impatori quē grauiter offenderat recontiliatus eſt
Nec diu poſtea adeo ſupbierāt ꝗ ladiſlai regis ꝑtes ſequebant᷑ vt noue ciuitatis ſuburbia in qua ceſare ab
ſente iacebat puerꝑa impatrix intrare p̄ſumpſerint ⁊ vrbē expugnare cōtenderīt. qꝺ vbi nō ſucceſſit exuſtꝭ
que obtinuerāt locis abierūt. Fuit ſepe inter eos impatorēqꝫ ⁊ regē incaſſum tractata ꝯcordia. neqꝫ eñ co
mes cilie dū vixit ex re ſua exiſtimauit vnanimes eē auſtrie principes At eo mortuo cū eytzingerꝰ ex bohe
mia miſſus ad ceſarē leges pacis vtriqꝫ gratas dixiſſet ⁊ iā ꝗ̄tura ꝓpe diē auſtria videret᷑ interitus regis
ſubito nunciatꝰ nō ſolū ꝯcordiā ꝑturbauit ſed magnā rerꝝ ⁊ reipublice xp̄iane ſalutarē exorientē ſpē pror
ſus abrupit. Auſtrales ⁊ a ceſare ⁊ alberto frē de tradēda gubernatiōe req̄ſiti prouīcialiū ꝯuentū habuere
in quo legati ceſaris ſeniori auſtrie principi (ſi erat impator) debere prouīciā dixere. Albertus ſuo ⁊ Sigiſ
mūdi patruelis noīe regie ꝑtē hereditatis expoſcens ſuaſqꝫ calamitates ⁊ inopias tāto ſanguini alienam
referēs ꝯmiſeratiōnē inducere conatꝰ ē. Cōuentꝰ rn̄ſio fuit facturos prouīciales qꝺ ius eq̄taſue dictaret.
pꝰ ꝗ̄ frēs inter ſe cōueniſſent. Interea latrones trāſdanubiū in auſtriā ad morauie flumīs ripā munitū lo
cū occupauere oēs circa regionē rapinis atꝫ incēdijs vexare ceperūt. aduerſus ꝗs profectꝰ albertꝰ latrones
vi cepit. interfectiſqꝫ pugnādo cōpluribꝰ ꝗ̄ngētos ⁊ ꝗ̄nquaginta captiuos aduxit. ex ꝗbus. lxxx. furca ſu
ſpēdit que res magnū ei apud auſtrales ⁊ nomē pepit ⁊ fauorē. Vlricꝰ ṽo eytzingerꝰ cū viſitato apud no
uā ciuitatē friderico impatore cuiꝰ ꝑti ſtudebat viennā repetiſſet vocatꝰ ab alberto nihil mali ſuſpicās fidē
ter eū adijt a ꝗ mox captꝰ in vincucula cōiectꝰ eſt ⁊ in priuato carcere clauſus. Indigna res viſa ciuibꝰ mur
murare dānare oēs factū nemo tm̄ auxiliū miſero ferre voluit. Impator ſepe rogatꝰ viennā petere aliꝗ̄diu
diſtulit. veritꝰ ne qua fraus ineſſet. interim Sigiſmūdꝰ ex atheſi viennā deſcēdit. deniqꝫ ad nouā ciuitatē

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

profectꝰ principatus inſignia ab impatore accipiens ꝓ veteri cōſuetudine in eius verba iurauit. in qua ſolennitate albertus affuit. qui paulo poſt cū ſigiſmūdo viennā repetijt ⁊ ambo aduerſus impatorem cōſpirātas auſtriā ſibi ſubigere conati ſunt. quoꝝ ſtudia ſentiens impator viennā petere ſtatuit ⁊ accerſito ludouico bauarie duce magni noīs principe eo ſe contulit impatrice ſequente. appropinquante vrbis populus obuiam prexit. Albertus vo ⁊ ſigiſmūdꝰ nobili comitatu extra vrbē impatorē ſalutauere. habebat albertꝰ tria circiter equitū milia in armis expedita q̄ nō longe a viēna in quodā tumulo impatori ſe oſtēdarūt magnūq₃ metū veniēti incuſſere. ſuſpitionem auxit albertus qui ſepe ad eos ꝓfectus ⁊ ſeorſum locutus inſidias apparaſſe ceſari videbat̄. Ferūt eiꝰ militie ducē alberto dixiſſe. facile ſi libet hodie vienne te dn̄m atq₃ auſtrie facio. nam q̄s ꝓhibet quo minus fridericū impatorē eiuſq₃ comites intercipiā. innue tm̄. ſoluta deinceps hereditatis queſtio erit. victori leges atq₃ hoīes fauēt. Subdubitaſſe albertū aliquātiſper. demumq₃ reſpōdiſſe poterā ignoſcere ſi qđ ais me ignorāte feciſſes at mādare turpia nō poſſū. poſtq₃ introgreſſi vrbē ſūt albertꝰ ⁊ ſigiſmūdꝰ in domo q̄ pragēſis appellat̄ ſimul habitauere. impator priuatas ciuium edes incoluit. arx prouīcialiū noīe cuſtodiebat̄. Cōſpirauere ſigiſmūdꝰ ⁊ albertꝰ eam nocte aggredi ⁊ irrūpe armataq₃ militū manu ingreſſi iter iureiurādo ſe obſtrinxere nō redituros domū niſi arcē intraſſent. Senſere ciues moxq₃ arma ſumētes p̄ſidiū in arce maiꝰ collocauere. inſtabat ciuile bellum ⁊ atrox pugna ꝓ arce nec dubiū videbat̄ q̄n magno ſuo malo principes cōmiſſuri p̄liū eſſent. Stetit diu res in ancipiti. ciuibus tueri arcē ſtabile propoſitū erat. ducibꝰ q̄ arcē intrare iuraſſēt turpe videbat̄. infecta re domū reuerti atq₃ vim inferre plenū piculi erat. Poſtremo ꝯuētū ē vt ingreſſi pricipes arcē paululū immorati potato vino exirēt atq₃ ita deluſa magis q̄₃ īpleta religio eſt. Poſtridie arx ꝯſenſu prouincialiū in tres partes diuiſa duas accepere albertus ⁊ ſigiſmundus reliquā impator. Delectiq₃ prouīciales ſunt q̄ lites fraternas dirimāt ⁊ ſumma illꝰ ptās data. ſ₃ graue iudiciū ꝯ potētes ē. Nobilitas ⁊ eccīaꝝ pncipes impatori fauētiores ſunt. plebei albertū p̄ferūt magno ſe iudice q̄ſq₃ tuet̄. Multa ſunt in hoc ceſare q̄ laudare poſſis. corpꝰ egregiū ⁊ ſpēs impatore digna. animꝰ ſedatꝰ ac trāquillꝰ. ingeniū pſpicax. memoria tenacior. religiōis ardēs zelꝰ. ingēs cupiditas pacis ⁊ ocij. Singularē virtutē in q̄uis hoīe diligit dignāq₃ p̄mio ducit. edificat ſplēdide. ortos tm̄ ⁊ gēmas plus equo admirat̄ ⁊ amat. ⁊ in rebꝰ gerēdis tardior ac remiſſior ē. tenacē pleriq₃ accuſauerūt et ad rē minꝰ attentū. id fecere proxi añceſſores ſigiſmūdꝰ ⁊ albertꝰ ceſares. q̄r prodigalitati cuiuſuis ꝯpata liberalitas videri auaricia pt. Ceterū fridericꝰ nec ſua profundit nec aliena diripit. vbis factiſq₃ tēperās. Albertꝰ frater eiꝰ longe diſſimilis. celer in aggrediēdis rebꝰ belli ⁊ glie appetēs. piculi cōtemptor audax. laboris patiēs. manu atq₃ ingenio promptꝰ. pecunias inter amicos partit̄ ac profundit. inter opes paup. in pauptate diues. nulliꝰ rei magis q̄₃ fame auarus.

## De Morauia germanie prouincia

Procedēti p auſtriā in aq̄lonē morauī occurrunt gēs ferox ⁊ rapinaꝝ auida inter hūgaros bohemoſq₃ transdanubiū ſita. Hāc prouinciā euo noſtro Sigiſmūdus impator alberto genero ſuo. qui poſtea impauit dono dedit. Rebellātē ⁊ impata facere recuſantē albertꝰ magnis affecit cladibus. nā ſupra q̄ngentas villas vna excurſiōe ꝯbuſſit. mortales multos neci dedit. pecꝰ oē pene abegit. iugūq₃ ferre pfidā gentē coegit. In hac ꝓuincia ciuitates ⁊ opida romane eccīe ritū tenēt ⁊ catholice fidei cōſentiūt. Barones oēs ferme huſſitarū labe infecti ſunt. Hic cū verbū dei p̄dicaret Iohānes capiſtranꝰ ⁊ in errores huſſitaꝝ vehementiꝰ veheret̄ baronis nō parui noīs quē Czernahorā vocāt ſecuta ꝯuerſio. qui relicta priore pfidia cū duobꝰ milibꝰ ſubditoꝝ veritatem romane ſedis amplexꝰ eſt. Protbaſius filiꝰ eiꝰ doctrina ⁊ moribus clarus nō diu poſtea Olomucēſis eccīe pōtificatū obtinuit. Ea ē vnica ciuitas morauoꝝ ep̄alis. Regnū aliq̄n inter morauos fuit latiſſimū ac potētiſſimū. qđ vſq₃ ad filiū Snatocupi durauit. cuius fortunā in bohemica cōſcripſimꝰ hiſtoria. At cū filiꝰ ſuatocupi eccīaꝝ dei ſpernere cepit regnū gēti adēptū ē. qđ poſtea romani ceſares in bohemiā trāſtulerūt. In hac ꝓuincia cōplura ſunt oppida plena populo ⁊ opibꝰ abūdantia. inter q̄ Brunna principatū obtinet. znoyma ſigiſmūdi obitu memorabilis. hac nulli tranſitꝰ patet niſi armato potētioriq₃. latronibꝰ oēs additꝰ obſidentibꝰ. Sermo gēti mixtꝰ eſt theutonicꝰ ⁊ bohemicꝰ. ſupant tm̄ bohemi quoꝝ ē regionis imperiū. q̄ gētes olim morauiā incoluerint nō facile dixerim. q̄tū vo ex lectiōe ptolomei accipe licet martomāni ⁊ ſudini cadiq₃ morauiā ⁊ auſtriā q̄ trāſdanubiū iacet incoluiſſe vident̄.

## De Sleſia germanie prouincia

Sleſia poſt morauiā ſequit̄ haud ignobilis prouincia quā fluuiꝰ odera plabit̄ inter oēs germanie nationes late cognitus. fontes eius hūgarie mōtibꝰ que Sleſie ad orientē iungūt̄ mare baltheū curſuꝝ terminat. Lōgitudo regionis circiter. lxxx. ſtadia. Caput gētis wratiſlauia ē ampliſſima ciuitas ad ripaꝝ odere ſitā priuatis ac publicis edificijs magnifice ornata. cuiꝰ ep̄atū maiores nr̄i aureū vocauere. Huſſitarū bella luteū reddidere. In hac vrbe regnāte apud bohemos wenceſlao orta ſeditiōe cōſules quoꝝ p̄ma ptās ē p feneſtras ex p̄torio in forū p̄cipitati gladijs ac lanceis irāte plebis excepti dirū ſpectaculū p̄buere. cuius rei auctores ſigiſmundus impator paucis poſt annis ſecuri pcuſſit. Duces Sleſie multi nūero inter quos paterna hereditas p capita diuidit̄ hinc ſciſſa multas in ptes prouīcia freq̄ntes calamitates incurrit. crebris expoſita latrocinijs. Inter hos duces vnū eſſe ferūt noīe bulconē quē apoliēſem appellāt. Qui glogouie reſidens delitijs ac voluptatibꝰ deditus vſq₃ adeo inſaniuit vt neq₃ inferos neq₃ ſupos eſſe diceret. aīaſq₃ cū corpibꝰ ſil̄ ꝓrſus interire putaret. Eccīaꝝ vel nūq₃ vel raro ingreſſus ē. Sacramētis xp̄ianis prorſus abſtinuit niſi q̄ abuſus mr̄imonio vxore q̄ ſibi ingrata eſſet relicta alterā ſupduxit. q̄ ne pellex appellari poſſit nō niſi p ſolennia mr̄imonij cōiūgi voluit. Sleſite ſub impio bohemoꝝ cōſtituti ſunt. nūc tm̄ impata facere detractāt. Georgiū nouū regē admittere recuſantes. wilhelmū ſaxonie ducē ſecuti. q̄ regnū bohemie ad ſe ptinere affirmat ꝓpter ꝯiugē q̄ latiſlai hungarie atq₃ bohemie regis ſoror fuit. Gladius eiꝰ litis arbiter erit. Sermo gentis maiori expte theutonicꝰ. q̄uis trāſoderā polonica lingua p̄ualet. Ob quā rem nō immerito quidam hoc in loco germanie terminū eſſe oderam putauere. q̄uis idem fluuiꝰ in ſeptentrionem vergens germanicas partes ripis ambobus alluit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# De Polonia ſaruiatica

ſet cepiſſetqꝫ. Aggreſſus eſt tn̄ idē patriarcha iohānē anthoniū principē tarentinū ad montē fuſculū ac euꝫ
expugnatū in caſtris captiuū abduxit. eacꝫ demū lege dimiſit vt frater eius quingentis equitibus ſtipēdia
pontifici faceret. Gerebant patriarcha ⁊ iacobus candola cōmuni ꝯſilio ⁊ amicis animis ꝓ regina belluꝫ
ſꝫ interuenientibus ſimulatibus copias ſeparūt. interea duoꝝ menſiū inducie inter patriarchā ⁊ alfonſum
facte. quibus durantibus patriarcha iacobutio reconciliatus iunctis cū eo viribus prius opprimere alfon
ſum ſtatuit q̄ꝫ recōciliationis ad eū noticia ꝑueniret. Erat alfonſus apud vicū iulianū tribus miliarib⁹ ab
auerſa ſecutus in caſtr]. cū ſibi nunciatū ē hoſtes rupto induciaꝝ fedē aduētare ſibiqꝫ minime tutū expecta/
re impetū. ob quā rē ſublatis ſignis mox capuā ſe recepit. nō tamē abſqꝫ dāno ſuoꝝ qui poſtremū agmen
duxere. Exin cū patriarcha auerſaꝫ ſibi ad inhabitandū tradi ab Jſabella peteret iacob⁹ impediret rurſus
inimicicie inter eos ſuborte ſunt. ſꝫ cū tranenſes excepta arce alfonſum dn̄m appellaſſent ⁊ arx oppugnari
cepiſſet. patriarcha cū exercitu eo ꝓfectus obſidionē firmauit. cui ⁊ iacobus candola ab Jſabella rogatus
et iohannes anthonius vrſinus ⁊ multi alij ſe ꝯiunxerunt firmata obſidione cū iohannes anthoni⁹ haud
ex animo bellū gerere crederet̃ ⁊ naues regis aduentare tranenſibus auxilio narraret̃. verit⁹ patriarcha ne
intercluderet̃ cū paruo nauigio ingreſſus mare tanqꝫ pecunias ab eugenio petiturus in picenū adnauiga/
uit. deinde ſe romā contulit. milites eius ſine duce relicti ad candolā ſe contulerunt. Arx deinde alfonſo de
dita eſt ⁊ iohannes anthonius ad eū redijt. Jnter hec rhenatus e captiuitate dimiſſus cū decē triremibus
neapolim venit ⁊ vocato a ſe iacobo candola ex eius ꝯſilio ſcaphatū petens in deditionē accepit. deinde in
ſulmunenſem ꝓfectus cū fruſtra vrbē obſediſſet agrū vaſtauit incendio. nec alfonſus interea quieſcebat. ſꝫ
albano ac celano agro ſubacto ad caſtrū vetus ꝑuenerat in valle ſubletia ſitū cui rhenatus oblata ꝓ milita
ri more cyrotheca preliū indixit. accepit alfonſus. ſed que ſunt ſingulari certamine an collatis ſignis cū to-
to exercitu dimicandū eſſet ſe ad vtrūqꝫ paratū eſſe. Cūqꝫ rhenatus reſpondiſſet vniuerſi certaminis cū to/
to exercitu fortunā ſe velle ſubire. rhenato renunciauit placere id quidē. ſed qm̄ veteri more ei⁹ fuit qui ꝓ
uocet̃ dieꝫ ac locū prelij dicere. ſe cū exercitu inter acerras ac nolā ꝓficiſci. qui campus lata planicie vtriſqꝫ
idoneus etē. ibiqꝫ eū ad diē octauū preſtolaturū. Hinc orta diſſenſione cū rhenatus locū in quo alfonſus eſ
ſet ꝯſtituendū diceret preliū impeditū eſt. Alfonſus in nolanū prexit. rhenatus in eū locū vbi alfonſi fue-
rant caſtra duxit exercitū. atqꝫ ita ſuo ſatis honori vter factū putauit. Exinde rhenatus in pelignos ducēs
caſtrū vetus ſubegit. Afonſus in vallem cardinā ꝓfectus arparidū oppidum vi cepit. ⁊ marinuꝫ boſſam
vallis dn̄m captiuauit. Caſertinum regulū in fideꝫ recepit. Jn lucaniā ducens oppidū anglū obſidione fa
tigatū obtinuit. Luceriam dedentibus oppidanis accepit. iam quindecim milia equitū caſtris eius erant.
quibus fretus abſente rhenato neapolim petens cū petro fratre binis caſtris vrbem obſedit. decem triremi
bus in portu collocatis. oppugnat̃ vrbs magnis viribus. nec ciues ſeipos n̄egligunt. Sed dum petrus
paululū a caſtris ſpeculandi gracia in littore vagat̃ e carmelitano templo caput tormento ictus repente oc
cubuit. vir apud omnes ordines gratioſus ⁊ ad rem militarem natus. animi magnitudine ⁊ corporis ro-
bore excellens. ad ſubeunda pericula impauidus. acer ⁊ manu promptus. cuius interitu conſternato exer-
citu eius diei dimiſſa eſt oppugnatio. Alfonſus vbi germani iacere truncū cadauer inſpexit Ad hec inquit
ego te frater ſtipendia duxi vt eſſes q̄ mihi tuo ſanguīe tuaqꝫ nece regnū parares. recondiqꝫ loculo corpus
iuſſit ⁊ in arcem maritimā deportari. cui poſt tempora nactus idonea dignum ſuo genere funus duceret.
Sequentibus v̄o diebus cū oppugnatio repeteret̃ tanta vis imbriū cecidit vt neceſſario ab obſidione diſ
ceſſum ⁊ res in religionē ſit verſa. Exin caynarum opp:dum tradente quodaꝫ milite multis oppidanis oc
ciſis ab alfonſo receptū eſt. ⁊ arx fame coacta in deditionē venit. Rhenatus interea ex peliginis reuerſus
neapolim vbi que acta fuerant didicit Turrim cū vincēcij optune in mari ſitā ad tutelam regie arcis vi ex/
pugnauit. deinde arcem ip̄am pluribus diebus oppugnans dedente profecto cui annona prorſus deerat
in poteſtatem ſuam accepit. Alfonſus vero cum fruſtra obſeſſis auxilium ferre conatus eēt in lucanos tra-
ijciens ſalernitanos totamqꝫ ferme prouinciā ⁊ brutioꝝ multos in dedicionem accepit. Jacobus aūt can-
dola preſtanti vir ingenio ⁊ a lr̄aꝝ ſtudijs non abhorrens atqꝫ imprimis rei militaris peritus. qui ſb̄ bra-
chio ſtipendia fecerat. dum caſtellum quoddam iacobi laguniſſe oppugnare nitit̃ catarri ꝓ fluuio correpẗ⁹
occubuit. clarus profecto regulus ⁊ ingenti laude dignus. ſi q̄ꝫta induſtria ⁊ rei bellice cognitio tanta illi
fides ⁊ in promiſſo conſtantia fuiſſet. Johannes vintimilius ⁊ ip̄e ꝑ idem tempus acerras prodentibus



297(?)

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

s ⁊ arcem fame laborantē in poteſtatē recepit. Auerſam ꝙ̃ a rhenato deficientes alfonſum intro
ii arcem apprime munitam ⁊ forti p̃ſidio defenſam cũ expugnare facile nõ poſſet foſſatis ingenti
ſit ⁊ oppugnari quottidie iuſſit. Rhenatus ad anthoniũ candole filiũ in apuliā profectus. cũ ni-
rea ab oppugnatione arcis auerſe ceſſari animaduerteret ꝑ candinam vallem ⁊ deinde ab alfonſo
rrerat impeditus ꝑ tranſuerſos montes ſequente anthonio in nolanum deſcendit. nec tamen ob-
pud auerſam opem ferre p̃ſumpſit. cũ alfonſus in caſtris illic potentior videret. Sed reuerſus nea-
anthonium candolam de proditione ſuſpectum ꝯprehendi ⁊ in carcerem retrudi iuſſit. que res magͦ
trimento fuit. nam cum caſtra illius ſub vrbem tumultuarent ducemq; ſuũ repoſcerent anthonꝰ dimiſ
s eſt. qui ꝯtumeliam ſibi arrogatam iniquo ferens animo mox ad alfonſum tranſiuit ⁊ arcem auerſanā
ſeptimo iam menſe obſeſſam ei tradi curauit. pſuaſo ꝑ ep̃lam xanto qui cũ patre ſuo militauerat. p̃fectuſq;
ibi preſidij erat: deſciuit tamen paulopoſt anthonius ab antonio. Alfonſo deinde apud beneuentũ ei recon
ciliatus eſt cũ arcē proditione traditā. Ciues quoq; conſternati in alfonſi poteſtatem veniſſent. quo tpe et
calathini adactis machinis ab alfonſo expugnati ſunt. ⁊ caſtellũ padula ⁊ ante vrſariam caſtra poſita. Frā
ciſcus Sfortia rhenato amicus arianũ troiā manfredamā luceriam ⁊ alia pleraq; oppida ꝑ id tempus i apu
lia obtinebat. quoꝝ cuſtodiam ceſari martinengo cũ non paruo equitatu ꝯmiſerat ipe in piceno agens. Ce
ſar cum eſſet alfonſo infeſtus bis extra menia troie pugnare auſus. bis ab alfonſo ex acie fuſus. turpi fuga
in vrbem ſe recepit. nec multo poſt vicarũ oppidum reſiſtentibus oppidanis vi captũ p̃da militi permiſſa
feminaꝝ decus regio more ſeruatũ. Alexander aũt franciſci ſforcie frater ſub vrbem thetini reimundũ can-
dolam ac ricciũ ⁊ ioſiam cum copijs ad alfonſum euntes repente aggreſſus leui certamine fudit. riccium ac
ioſiam preceps fuga ſaluauit. Reimundus interceptus eſt. qui cũ eſſet anthonij candole patruus illũ ſcdo
ab alfonſo alienauit. Venit ⁊ iohannes cardnalis tharentinus in regnum aduerſus franciſcum aquinanũ
eugenij copias ducens. Sed occurrens alfonſus retro eũ repulit. Exinde rupem vilhelmam in alto monte
ſitam caſtellis circa occupatis fame coactam obtinuit. ⁊ paulopoſt capreas oppidũ in inſula eiuſdē nomi
nis ſitam tyberij quondam ceſaris ſiue delitias ſiue latebras. nec moratus caſtra ad neapolim poſuit. ſimꝉ
q; puteolos obſedit. qui aliq̃diu fortiter reſiſtentes. tandem rei frumentarie defectione regi portas aperu
erunt. Turris quoq; quā vocant occanij recepta eſt. vrgebant interea rei frumentarie inopia neapolitani.
nec ſpem aliam habebant ꝙ̃ vel genuenſes mari vel franciſcum Sforciam cũ anthonio candola auxiliũ ter
reſtri itinere allaturos eſſe. Auellus interea faber quidam cementarius quē fames neapolim exire cõpule-
rat. ad alfonſum ꝓfectus. ſi premium adſit vrbem paruo militum periculo capi poſſe demonſtrat. deligũt
viri fortes ducenti qui cum auello eiuſdem fratre ꝑ oſtenſum aqueductum nocte vrbem ingreſſi menia oc-
cupent. rex cũ exercitu paratus ſignũ expectat. illi in domum quandā ꝑueniunt in qua vnica erat anus ⁊ a
dulta cum ea virgo. mater cũ exclamare cepiſſet celeriter oppreſſa vocem emittere inhibita eſt. filia ſua ſpō
te conticuit ⁊ iam ſol exortus erat. nec amplius ꝙ̃ viri quadraginta ex omni numero puteum euaſerant. q
nunciare ingreſſum regi debuerant. ſiue negligentia ſiue aliam ob cauſam nihil regi ſignificauerunt. exiſti
mauit alfonſus aut ceſos eſſe qui miſſi fuerant aut metu exilire non auſos. ꝓfectuſq; ꝓpius vrbem ab ea ꝑ-
te que occupanda erat inuadit. Rhenatus cũ ea manu quā ad ſubditos caſus parauerat citato equo ad mu
ros contendit hosteſq; procul amouit. ingens vͦ pauor ⁊ ꝯſternatio eos cepit qui e puteo euaſerant. nec re
gredi in puteũ ne armoꝝ ſtrepitu ꝑderent. nec erumpere ꝓpter paucitatem audebant. Alfonſus vt vidit ni
hil a ſuis intus miſceri deſperatis rebus in caſtra rediјt. Rhenatus tanq̃ periculũ depuliſſet relictis cuſto-
dibus ⁊ ipe in regiam conceſſit. nec mora nuncius ad alfonſum currens multos e puteo prodiſſe atq; in do
mo tacitos ob metũ latere nunciat. Iterum igiꝉ ad menia ſuccurrit inſtauratq; preliũ vt erumpendi animꝰ
latentibus acuat. Interea filius eius quē nominauimus anicole a ſtatione ſua domũ veniens pulſatis fo
ribus aperiri ſibi expetit. mater ⁊ qui intus erant examinati quid agant neſciunt. vincit tandē ea ſententia
vt reſeratis paululũ foribus manus ei iniјciant euq; ꝯprehenſum tacere iubeant. ſ; ille repente vt armatos
vidit trepidus refugit. hoſteſq; intra vrbem eſſe vociferat. ad rhenatũ ſubito peruolat. quequeviderit refert
at qui intus erant vno agmine raptim e domo ꝓſiliunt primoq; impetu menia ꝓpinqua vno tantũ vigile
ibi reperto turrimq; occupant. Rhenatus eo nuncio ac tumultu excitatus ad menia celeriter reuerſus im-
petum in hoſtes facit. alfonſus quo ſuis animos addat ſcalas admoueri impat. ſed oppidani eā muri ptē
facile tuebant. ⁊ qui ꝑ ſcalas in captam turrim euaderent grauiũ ſaxonũ deiectu obſiſtebant. dum pugnat
acriter obequitans menia alfonſus locũ quendam neglectum eſſe aīaduertit. eoq; celeriter ſcalas admoue-
ri iubens murum obtinuit. iam qui turrim occuparant partim grauiter ſauciati pugnā remiſerant. partim
precipites e muro ſe dederant. Eratq; rhenatus eā turrim recepturus niſi a tergo ſubito cũ ingenti clamo
re hoſtes iniecti terrorem intuliſſent. auxit ⁊ trepidationem oppidanoꝝ vnus ex alfonſi militibus qui per
menia vrbem ingreſſus conſcenſo equo quē vacuũ forte inuenit in hoſtem inuectus oppinionem p̃buit ꝓ-
xime porte capte atq; infracte. Nõ tamen rhenato defuit animus ſ; cohortatus qui aderant in hoſtes forti-
ter irruens eoꝝ impetum paululum repreſſit. mox vͦ creſcente hoſtiũ numero ſuos exterritos aīaduertit
ſenſim referre pedem capit atq; ꝑ diui ianuarij portam hoſtiũ compluribus in arcē regiam cũ paucis ſe re
cepit. tum ⁊ a fori boarij porta ⁊ ab aliјs diuerſis muri partibus irruptio facta atq; ad p̃das diſcurſuꝫ ē. a
cedibus tamen tpatum. Mox vͦ ingreſſo rege ⁊ prede quoq; finis factus. Inſignis huius anni memoria
expugnatione tante vrbis que eo modo capta eſt quo annis antea mille ꝑ beliſarium e gothoꝝ manibuſ
erepta fuerat. xl. ⁊. cccc. ſupra milleſimũ ab ortu ſaluatoris xp̄i. Is annus erat ab initio cepti belli vnus et
vigeſimus. Poſtridie due ingentes onerarie naues a genuenſibus miſſe cum frumento applicuerunt. que
cognita vrbis captura ſub arcem conceſſerunt. rhenatumq; omni ſpe recuperande vrbis abiecta inde ad-

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# De Sarmacia regione Europe



## De regno polonie et eius initio



Quoniam de Boleſlao (qui tercius Sarmacie rex exiſtit) paulo poſt mētio fiet. quare ꝛ de terra ſarmacie. et quo pacto illa regium ſceptrum meruerit breuiter abſoluere propoſui. Eſt igitur Sarmatia nimis ampla ꝛ vaſta regio ꝫ inculta ꝛ in ſolitudie poſita. ꝛ ſub rigidiſſimo ethere iacet. Hec ex ortu moſthoſ et thanaim fluuiū habet. A meridie dacos ꝛ pannonas. Ab occidente bohemos. morauos ſchleſitas ꝛ theutones. A ſeptentrione mare germanicum ꝛ ſinū codanū. Id vero quod regni nomen tantū partiſ poloniam vocant. hec duo nomia ſortit̄. Nam ea pars terre vbi Cracouia ſituata eſt minorem Poloniam vocant. At vbi Poſnania ꝛ Gneſna ſurgit maiorem nuncupant. A Craco aūt primo duce vſq; ad etatē primi boleſlai nō niſi duces illic imperitabant. Temporibus aūt primi ottonis ceſaris boleſlauſ clariſſimus dux fuerat Non is de quo in vita diui Staniſlai dicemus. nā ille nepos eius fuit. qui ex monacho hui⁹ Boleſlai filio natus fuerat. Iſte igit̄ Boleſla⁹ regē francie ꝛ germanas gentes victrici manu infeſtabat. Tandē ob O. tonis ceſaris p̄ces tali bello finē dedit ac fedus cū germanis ꝛ gallis ꝯtraxit. Otto aūt ceſar videns tanti principis animi magnitudinē. quā toti germanie ꝛ ſarmacie notā fecerat ſe cū Boleſlao duce in ſarmaciaꝫ ꝯtui t

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

vt ⁊ imperium ⁊ poteſtatē eius planius perſpiceret. Quē illuſtris dux ſummis honoribus in poſnā ſuſcepit
Nā tribus ante vrbem milibus paſſuū aut longius ſericas lanas muriceaſqꝫ veſtes auro. argentoqꝫ decora-
tas ꝑ viā qua ceſar iturus fuerat proſterni iuſſit. Et poſt ingreſſionē ceſaris in vrbē poſnam cuicūqꝫ licitum
fuerat illa deferre ⁊ deportare. Illic magnificis ſplendidiſſimiſqꝫ ꝯuiuijs ac theatris ceteriſqꝫ cerimonijs ceſa
rem venerabatur vt nulla quā aurea illic forent ſuppellectilia. que poſt quoſlibet cibos in puteos quoꝝ fun/
di nemo certus fuerat deici ac deperdi iubebat. Multas alias pompas ac munificencias ceſari ottoni inſtau
rabat. que ſatis ample vetuſta ſarmatica hiſtoria enarrat. Iamqꝫ videns ceſar tanti principis liberalitatē ⁊
mentis ſublimitatē. diuiciarūqꝫ abundantiā nō abre animo duxit tantū clariſſimū ducē corona regia dignū
fore. eū itaqꝫ regali ſceptro ac dyademate exornauit. ac ceteris dignitatibus ſedē regiā requirentibꝰ celebra/
uit. Ne aūt Boleſlaus iā illuſtris rex tanti erga ceſarem beneficij ingratus videretur brachiū diui adalberti
antiſtitis. quē pruteni nefanda morte trucidarunt ꝓ munere ceſari obtulit. Iamqꝫ aucto regni imperio vſqꝫ
ad annos ſalutis noſtre M. cccc. aut paulo antea rex polonie dū abſqꝫ prole diſceſſiſſet. Tandē dux qui litua
nis ac ruſſie preſidebat in regē electus fuit. q̄ ydola antea coluit. Sed eo tempore quo illi regiū ſceptrum de
ferebat̄ ⁊ xpianam religionē cum omni terra cui preerat ſuſcepit. Itaqꝫ lituanos ac ruſſitas ad regnū ſarma
cie ſic adiunxit. vt non niſi abſqꝫ certa ꝯditione diſſolui poſſint. Is ergo illuſtriſſimꝰ princeps prutenos ma
ritimas germanie gentes ſeuiſſimo bello ſubiugū duxit ac imperiū amplius extēdit. Vbi inſignes vrbes ex
tant Dantiſcum ⁊ thuronia. Eſt ⁊ clariſſima arx Marieburgum. cui ſimilis nemo mortalium vidiſſe fertur.
multis varijs ſtructuris. menibus. turribꝰ ac foſſis munita vt nulli inimicoꝝ tutus ſit ad arcē acceſſus. Am
plius imperiū ante aliquot annos fuerat. infeſtante tamen tartarorum ⁊ turchoꝝ ꝑfidiſſima gente magnū to
ti ſarmacie damnū illatū ē. Nam terra que poſt Ruſſiam vadit quā gens podoliā vocat tota exuſta ⁊ in ſoli-
tudine poſita ē. vt ⁊ neceſſitatem peregrinantibꝰ ferre non poſſit q̄uis fertiliſſima ſit ita vt granuina in altitu
dine vnius celſi viri excreſcant. ⁊ apibus ⁊ melle tota redolens vt nō ſatis illis locus ſit vbi mella deferant.
ſub arboribus nanqꝫ aut virgultis ⁊ ſiluis fauos ſic educunt. Hercinīū aūt celebratiſſimū nemus quo in to
ta europa nihil preſtantius ſarmaciā totā percurrit ⁊ circa Cracouiā ſaltus ſuos extendit. ꝑ quos iturus po/
teſt vnuſquiſqꝫ vſqꝫ in lituaniā ⁊ ſcithiā. tātis brachijs regionē illam totam diuagat̄ feraꝝ maximas educēs
greges. In ea vero ſilue parte qua ſeptentrionalior eſt biſſontes fert que ferox ac immanis bellua eſt huma
num genus maxime odiens. ad veſcendum quidē maxime conueniens. Formā aūt gerit citrini coloris. Frō/
tem latā ⁊ cornua fert. vt nec venationi ſatis aptū ſit niſi maximis varijſqꝫ laboribus. Metallū vero nullum
q̄ plumbū ſarmacia fert nō alia q̄ ſaturni cauſa. qui terrā rigido infeſtat frigore. Salis aūt maxima copia ē
qua cetere longinque gentes vtunt̄. quod maximū p̄ſtat toti regioni emolimētū. qua nulla regi ipi maior in
toto regno gaza extat. Nā ſub terra excidunt̄ ingētia ſalis ſaxa. Extra terrā aūt aliud ſal ex aqua decoquitur
Eſt et ſarmacia ferax ⁊ vberrima tellus omni genere fructuū ⁊ quicquid ad paſcendū humanū corpus expe-
tit. Nunc addendū eſt clariſſimā prolē illuſtriſſimi principis Vladiſlai. de quo antea diximꝰ. Is tres (vt qui/
dam ferunt) vxores habuit. ex quibus duos ſuſceperat filios. quoꝝ vnus natu maior Vladiſlaus vocabat̄.
alter caſimirus. Vladiſlaus aūt poſt mortem patris regio inſignitus fuerat imperio. itaqꝫ hungarie ⁊ bohe
mie ⁊ polonie regnis preſidebat. vbi clariſſima geſta militari manu faciebat. ac imperiū ⁊ xpianaꝫ religionē
ampliabat. Nam regi turchoꝝ tantū terraꝝ depopulatus fuerat vt ⁊ ante conſtantinopolim caſtrametaretur
vbi dū ſeuiſſima bella erga turchos gereret ac vtraqꝫ pars crudeliſſimo conflictu decertaret pānones verſis
tergis fugā dabant ac regē cū paucis ſarmacie copijs in tanta hoſtiū multitudine reliquerunt. Caſſimirꝰ ve
ro dux lituanis ⁊ ruſſie preerat. Inde dum caſus regius genti notus fuerat Caſſimirus per ſarmatas in re-
gē declarat̄ q̄ filiā ducis auſtrie ſororē ladiſlai q̄ regno bohemie ⁊ hūgarie p̄ſidebat in vxorē duxit. Ex ea ſex
ſuſcepit filios ⁊ q̄nqꝫ filias. Primogenitus vero Vladiſlaus vocat̄. Hic adhuc iuuenis exiſtens in imperi/
um regni bohemie electus fuit mira quadā animi magnitudine ac optimis conſilijs pollens. Ob quod dū
Mathias rex hungarie diſceſſiſſet ⁊ regnū pannonie adeptus eſt. Huic erat ꝓximus frater. cui Caſſimirus
nomen paternū datū fuerat. qui ſummo ingenio ac prudentia claruit. tandem morbo inualeſcente perijt. At
huic ſucceſſit illuſtriſſimus princeps Iohānes albertus iā futurum toti orbi ſpectaculū. Is plurima illuſtria
geſta militari bello aput Tartaros ac ceteras gentes edidit. Poſt patris autem obitū regno ſucceſſit. vbi fa
uente illi ꝓſpera fortuna regnū virtute ſua ⁊ optimoꝝ doctiſſimorūqꝫ viroꝝ conſilijs gubernat. Inclitꝰ ve-
ro dux Alexender quartus natus regius eſt. cui fortitudine ⁊ mentis ſublimitate parem tota Sarmacia vix
tulit. Hunc ob eius conſtanciam Lituani poſt mortem patris in ducem ſuſceperunt. qui ⁊ maximū toti Sar
macie decus eſſe exiſtimatur. Poſt hunc ſequit̄ Sigiſmundus celebris princeps. qui paterna ſequit̄ veſti-
gia. Is multis egregijs geſtis clareret ſi illi aliqd̄ felix fatū aſpiraret. Celeberrimꝰ aūt Fridericꝰ p̄nceps vlti
mū natorū locū obtinuit. qui innata animi ingenua virtute relinquens vanos principum tumultus ⁊ inqui
etam vitā ad ſedem tranquilliorem ſeſe contulit. vnde epiſcopus Cracouienſis electus ad arcpiepiſcopatuꝫ
Gnetznenſem poſtea deuenit. Hij omnes quinqꝫ clariſſimi principes hanc vſqꝫ in etatem magnifice ac cele
berrime vitam ducunt. Inter filias vero quinqꝫ. prima nupſit Georgio duci bauarie. Secūda Friderico mar
chioni brandeburgenſi. Tercia duci pomeranie. At due relique innupte apud matrem vitam ducunt.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Sanctus Staniſlaus epiſcopus



## De ſancto Staniſlao epiſcopo Cracouienſi patrono Sarmacie

Diuus Staniſlaus vir magne apud deū auctoritatis tocius ſarmacie patronus ⁊ ſignifer. Natus anno ſalutis noſtre M. viij. in rure quod Sczeppanowo vocant nobilibus ac claris parentibus. quoꝝ cura fuit im templis diuino ſeruicio incumbere. ⁊ deū pijs placare precibus. Js dū in iuuentutem deueniſſet patris monitu in celebre gymnaſium pariſius deuenit vbi optimaꝝ litteraruꝫ ſtudijs ſummā operā dabat. vnde multis virtutibus floruit. ſacro aūt diuinoqʒ iuri precipue inſiſtebat. non ea qua huius etatis iuriſperiti queſtus cauſa ſolēt vt maiorum dignitatū honorē adipiſceret. ſed vt ſi quando locus ſtatuſue aut cōditio ſua ferre poſſet vt tantū miſeris quantum potentibus. orphano pupilloue iuſticiam adminiſtraret. ⁊ vnicuiqʒ equo pondere quod ſuū eſſet iubente id lege redderet. Tandem paternas ſedes rediens Cracouiam inclitā Sarmacie vrbem deuenit. Jllic ob virtutem ⁊ ſcientiā ſuā canonicali dignitate fungitur. Mortuoqʒ antiſtite celeſtis numinis prouidentia in preſulis ſedem declaratus fuit. Hūc dū ſemper optimo ordine ſtatum deferret curabat ſacrā religionē ac diuinum cultum ampliare. Empto tandem rure a quodam milite. eoqʒ mortuo amici illius villam eandē iure hereditario a diuo preſule repetere conabant. At ille teſtimoniū huius ſtipulationis emptioniſqʒ proferre non potuit. nam hij qui huius rei ſatis edocti fuerant ꝓpter illoꝝ impotentiā latebant. Vir ergo ſanctus orationibꝰ ac ieiunijs incubuit. confiſuſqʒ ſummi dei potentia. qua ſe iam diu munitū cognouerat accedens ad tumuluꝫ defuncti militis a quo rus illud emerat. ⁊ euoluto lapide et arena pia ⁊ deuota oratione deū obteſtabatur. et mortuū illū per quatuor annos in vitā reduxit. Eūqʒ coram tyranno Boleſlao apud quē tale ius agebatur conſtituit. Aſtantibus illic ſuis aduerſarijs ceteriſqʒ regni optimatibus. quo ſe emiſſe villam aperte demoſtrauit. Jamqʒ ſeuus Boleſlaꝰ fedo turpiqʒ luxu inſiſtebat. ac omnē in ſuas gentes ꝑfidiam ⁊ tyrannidem exercebat. ac illuſtres viros egregioſqʒ ciues nefandis diriſqʒ ſupplicijs excruciabat. Staniſlaus vero chriſti, vates haud longius id ferendum exiſtimabat. itaqʒ regem intrepidus adiens vt talibꝰ ceptis deſineret illum obiurgabat. At ille magis indies facinus exercebat. Tandem a preſule in ſententiam excōmunicationis ponit. quare tyrannus boleſlaus ignarus pre furore quid ageret dimiſit ſatellites ſuos vt ꝑſulem quocunqʒ eſſet loco trucidarent. Eo tempore diuus Staniſlaus in ſacellū diui Michaelis quod ſuper rupellam in Caſimiro vrbe conditū eſt deuenerat gratiſſimū illic deo offerens ſacrificiū. hunc in locum dū miniſtri regij deueniſſent. iamqʒ ter ingredi templū conarentur. ter iterum pulſi diuina potentia in tergum cadebant. Jd poſtq̄ ad regias aures deuentum fuiſſet magno fremitu rex Boleſlaus in ſacellum ꝓperat. vbi ſanctum preſulem iam ſacrificia offerentem immani verbere ac ſeuiſſimis ictibus trucidat. Tandem per miniſtros in fruſta partitus extra vrbē deijcit vt volucres illud vncis roſtris deuellerent. ſed diuina ſic agente prouidencia aquile illic aderant que precioſum corpus in vnum collegerunt ſummaqʒ diligentia id ſeruabant quouſqʒ ciues ipi maximo venerandoqʒ ritu in rupellam honorifice ſepelirent. Tandē in numerū ſanctoꝝ relatus vt premiſſum eſt in arcē regiā ad templū diui wentzeſlai deductꝰ in aurea tumba multis miraculis coruſcat. quem populus multo thure ac precibus indies veneratur

## De Cracouia vrbe regia Sarmacie

Cracouiam vrbem regiam inſigni huic operi inſerendam haud abſurdum eſſe duxi. Nam celebris germanie ciuitas ē teſte Ptolomeo optimo lucidioriqʒ coſmographo. q̄ eā Corrodunū appellat. Strabo aūt germaniā diffinit q̄tū Rhenus ⁊ Albis in ſe clauſerint. Nos ea cauſa ſane non indigna vrbem ſarmacie foro cenſemus. Hanc a prima eius origine repetendaꝫ ſatis dignā eſſe putaui. Sed ne prolixiori ambiguaue oratione narrando fabulari videar breuiter de eius ſitu quippiam narrare conſtitui. Cracouia igitur illuſtris vrbs ſarmacie quā poloniam vocant ad rippam Jſtule nō longe ab eius fontibus ſita. Hec a Cracco primo duce ſarmacie condita fuiſſe ⁊ eam ſuo nomine celebraſſe multi retulere. Hec altis primū menibus cingit. ꝓpugnaculis ⁊ celſis turribus. poſt paruo muro ⁊ ob vetuſtatem ruituro ſimilis. Tandē valles ac foſſe vt imminentibus hoſtibus facilior aditus prohibeatur. Hee quedam piſcinarijs aquis replete quedam virgultis frutice ac graminibus virent. Poſt aggerem vero qui valli imminet amnis non late fluens Rudys dictus totam ciuitatem circumluit. Hic rotarum orbes agitat qui Cererem ſaxis conterunt et emoliunt. Deductus tandem per ſubterraneos cuniculos ⁊ cannas toti vrbi ſatis vndarum prebet. Porte vrbis ſeptem. Jn ea vero plurime pulcherrime ac egregie ciuium domus. Ac plurima ingentia templa Precipuū diue virginis Marie in medio vrbis extat cum duabus arduis celſiſqʒ turribus. Sūt ⁊ illic multa monaſteria. vbi multus deuotorum religioſorumue patrū cetus fulget. Ad edem nanqʒ glorioſiſſime trinitatis ſic vocatam eſt celebris ordo predicatorū. Jn ea vero ſacra ede multe ſanctitatis vir beatus Jacinctus non dū in numerū ſanctorum relatus magnis miraculis redolet. diui Dominici comes. Qui adhuc viuens tres mortuos in vitam reduxit. Ad templū vero ſancti Franciſci eſt ordo fratrum minoꝝ non reformatus. Ac cetera multa monaſteria. Eſt et templū non longe a porta Jſtule quod ad ſanctaꝫ Annam vocant. vbi beatus Cantus celebris huius vrbis gimnaſij doctor multis miraculis ⁊ prodigijs fulget. q̄uis nō dū in cathalagum ſanctorū aſcriptus ſit. Hanc iuxta ſacrā edem ſituatū eſt ingens celebre gymnaſiū multis clariſſimis doctiſſimiſqʒ viris pollens. vbi plurime ingenue artes recitantur. Studiū eloquētie poetices philozophie ac phiſices. Aſtronomice tamen ſtudiū maxime viret. Nec in tota germania (vt ex multorū relatione ſatis mihi cognitum eſt) illo clarior reperitur. Jllic iam maxime phebus colitur. qui ⁊ eorū cruda elimat

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

ingenia ac polita reddit. Has edes diuus Uladiſlaus illuſtris ſarmacie rex dū ex prutenoꝝ littorali ſarma-
cie gente ſeuiſſimo conflictu victoriā duxiſſet (Cuius quidem belli plurima clariſſima monumenta hancuſqꝫ
in etatem in arce regia de qua paulopoſt dicemus ſupſtant) magnis opulentijs extruxit. libertatibus ꝛ ſtipē
dijs ſummis celebrauit. Nec incole vrbis ſarmatico more viuunt. quos crudos ꝛ ignauos ſarmatas priſci
dixerunt. Sunt nanqꝫ illic clariſſimi ciues. virtutibus prudentia ꝛ comitate inſignes. humanitatē ꝛ hoſpi-
talitatem liberaliter ꝛ familiariter erga quoſcꝫ peregrinos offerentes. Uictus illis ſplendidioꝛ ꝙ ceteris ſar
matis. Ex omni delicato genere cibi potus illis frequētioꝛ eſt. Aqua oꝛdeo ꝛ humulo decocta. Js quātū ne-
ceſſitas ferre poteſt ſi ſumit̃ profecto nihil nature humane ꝛ ad coꝛpus ipm alendū conuenientius quicꝙ re
periri poteſt. Sub arce vero intra ciuitatem extat ꝛ aliud inſigne collegiū. vbi achademia iuris ac legū pol-
let. Ad vrbis vero ſeptentrionale latus adiacet paruum oppidū nullis quidem menibus cinctū quod Cle-
pardiuz vocant. nihil dignū ſcriptu in ea ꝙ egregia ſacra ſedes diui Floriani ſtrenui chriſtiane fidei militꝯ
Quā diuus Uladiſlaus de quo ante meminibus canonicatu ceteriſcꝫ dignitatibus ac muneribus refecit. et
doctoribꝰ gymnaſiū artiū regentibꝰ colēdā reddidit. Rupes aūt ac crepidines nimia altitudine erecte. ſic vt
iam celū ſuſtentare videant̃. Tandē arenis congeſtaqꝫ terra obducte ingentē collem efficiunt. qui ea parte q̄
in boreā tendit vrbi imminet. ꝛ ex alio latere niuoſum carpathū althe tumentem reſpicit. quā collis partem
inſignis europe fluuius Jſtula quondā germanie terminus alluit. qui ex carpathi radice paruo quidē fonte
proſiliens longius magis magiſqꝫ tumet. ita vt iam vndaꝝ auctus mole que ex pannonicis montibus ſeſe
in eum precipitant. trabes ꝛ ingentia roboꝛa variaſqꝫ lignoꝝ ſtructuras defert. Tandem vbi imbriū ac cete
ris fluminibus magis tumuerit rates ac honerarias naues ſecū ad germanicū occeanū in ſinū codanū dedu
cit vbi trino vaſto oꝛe ſpumoſus ſeſe euoluens nomina deperdit. Jn eo aūt colle primū eſt ingēs templuz in

decus diui wenzteſlai ducis bohemie conditū. vbi omniū illuſtriſſimoꝝ viroꝝ monumenta ac ſepulture ex
tant. multis opibus variſqꝫ artibus extructe marmoreo allabaſtroqꝫ lapide exſculpta. quos maximo ritu
ac pompa celebrari conſuetū eſt. Jn medio aūt templi extat celebre monumentū in quo clariſſimus chriſti
miles diuus Floꝛianus requieſcit. Sunt ꝛ in eodem colle due ſacre edes. diui michaelis ꝛ ſancti Georgij
Poſt egregie nobiliū curie ac edes ſacerdotū. qui noctu dieqꝫ templa venerant̃. Poſt primū ingens regia
ſedes maximis ac varijs ſtructuris condita. que totius regni capitoliū eſt vbi tota regni gaza congeritur.
Hic principibus declaratur imperium. nam regalis coꝛona hic maximis cuſtodibus obſeruat̃. Extra collē
aūt ē monaſterium fratrū minoꝛum religioſius oꝛdinem ſeruans. Nec longe ab eo monaſterio extat cenobi
um ſacrarum virginū. Huic ex oppoſito ad pontē ipm ē inſigne hoſpitale ꝛ ſacra edes ſancte Hedwigis.
Ad aliam vero iſtule ripam extat clara ciuitas quam Caſimirum vocant a rege ſic vocato condita. quā Jſtu
la vbi ſub arce regia ſe diuiſerit totam circumluit ac pene inſulam reddit. Eſt in ea inſigne phanū diue vir-
ginis katherine vbi oꝛdo Auguſtinenſium floꝛet. Tum ꝛ templum quod ad ſacroſanctū coꝛpus chriſti vo
cant. vbi canonici regulares inhabitant. Ac cetere alie ſacre edes. Extant ꝛ clariſſima monumenta vetuſti
collegij iam inſolita. quos illuſtris regina hedewigis conſtruxerat. Plurima preclara preterea in his vrbi
bus a vetuſtiſſimis tempoꝛibꝰ geſta ſunt per illuſtriſſimos reges ac principes. Sꝫ breuitatem imitati finē
his impoſuiſſe dignum ſtatuimus




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

LUbeca ſeu vt alij ſcribunt Lubecum ſaxonie vrbs illuſtris ac ceſarea ciuitas nedū in germania verum et apud externas gentes nominatiſſima a Vikbodo vitigo cimbroꝝ duce ad cimbricam cherſoneſon quondam edificata in eo loco quem venedes qui ⁊ vandali adhuc ſaxonie partem tenentes Buccouiam dixere. Aucta ꝑ ſeuiſſimū principeȝ qui kitto dicebaꝉ. quē ⁊ trutonē appellabant Anno xpi M.c.iiij. Ea porcio terre littoralis ē inter magnopolenſiū holſtadenſiūqꝫ ducatus duobus fluminibus baguiſo ⁊ trauo irrigua. Que limpdia flumina vernacula lingua wagniꝰ ⁊ trab appellantur. Is kitto ex nobili progenie marcmannoꝝ ⁊ martinopolenſiū ortū habuit potens ac grauiſſimus xpianoꝝ ꝑſecutor. qui dn̄os de vagerñ qui de Stargardia ſeu de oldenburg vocabanꝉ in fernerñ ⁊ peldte interfecit. Unꝰ ex his ingenuus euadens in daniam ſeceſſit heinricus nomine Gotſtalci comitis filius. Is pꝰ aliqua tempora rediens kittoni caput ſecuri abſcidit inde ſuā ducens vxorē. Quo tp̄e heinricus quartus imperio romano prefuit. In ea ꝓuincia omnes baſilice ſacerdotibus priuate deuaſtate erant fideſqꝫ xpiana ſopita. Urbs quoqꝫ lubicēſis trina vice ob principū bella ꝑcipue ducis heinrici de leone deuaſtata fuit ⁊ comitis alſeſis de holchſtein. qui pꝰ ſedatā diſcordiā vrbem duci heinrico permiſit in eo loco vbi nunc ſita ē. Cū eius ſitus prius ꝓpe ſwartau. poſtea ꝓpe herneborg fuit vt doctus helmuldus refert. Exin ob negotiationes ex germania alta ⁊ baſſa ⁊ ex variis regionibus mirūimmodū aucta ē vt nūc vltra mare baltheū ſeu germanicū qd̄ Stagnū vocant in noruegiam Sueciam Liuoniam. in Ruſſiā Littuaniā Pruſſiā Poloniā ⁊ Pomeraniā. in ducatū magnopolēſiū. in daniam Angliā Flandriā Scociā ⁊ regnū francie omnes mercaturas ꝑ ſtagnū ꝑ terrā in Saxoniā weſtualiam et marchiā frequentant. Peritiſſimi aſtronomi ſcribunt hanc nobile vrbē initiū ſuū habuiſſe ſub ſigno libre ⁊ fundatā in ſingulari dei gratia. Cū incole vrbis p̄ ceteris finitimis deuotiones ad modū diuinas exerceāt Sētit tñ dulcē nucleū in amara teſta. Deinde anno primo ⁊ triceſimo ſupra vndecies centenū domini inferioris vandalie lubecā deuaſtarūt qꝫ comes Alff de holchſtein iterato inſtaurauit cū arce vbi nunc predicatores habitant. In ſeptentrione ac fine ciuitatis Anno M.c.lix. lubicenſes memores damni illati copias in ꝓuinciā rugen educētes cladeȝ ꝑ effuſionē ſanguis ꝑncipi ⁊ potētatui eiꝰ intulerūt. Epiſcopatū lubicēſiū anno ſalutis M.c.lxi. antiſtes duodecimus de oldenburg ſeu Stargardia in vagerñ Geraldus auxilio ducis heinrici de leone primo obtinuit. qui tredecim ꝑbendas ꝑ oīa neceſſaria in decimis villis ac poſſeſſionibus dotauit. Creuit igiꝉ lubecū in potētiſſimā ciuitatē. oldenburg aūt defecit. Cū aūt fridericꝰ huius nois primꝰ hanc vrbē ingenti exercitu obſediſſet heinricꝰ lubicēſis eps̄ pacē a ceſare impetrauit ea ꝯditione vt fauore ducis heinrici ceſari obedientiā ꝑſtarēt. Is antiſtes ſummā ecciaꝫ dicauit. ⁊ monaſteriū ad ſanctū iohannē in vrbe extruxit vbi nunc ſacroſancte virgines inhabitāt. qꝫuis monachi ordīs diui benedicti hūc locū primo poſſederūt. qui nūc apud ciſmer ꝓuicie de holſtein ꝓpe mare morā faciūt. His tēporibꝰ lubecū auguſtaꝉ ac libera ciuitas effecta ab impatore friderico libertatibus donata vt caput oīm vrbiū Stagnaliū deinceps foret ⁊ in variis priuilegiis etiā apud exteros ꝑcipue in londen ciuitate anglie. In noruegia ī ducatu magni ducis moſchauie. in ampla vrbe nogardia. In ruſſia (vbi baſilicā ⁊ curiā xpiano more habent). Ac ī pleriſqꝫ locis ac regionibꝰ magnis exemptionibꝰ decorata fuit atꝫ dotata. In flandria qꝫ ⁊ regno dacie ⁊ ſuecie immunitatibus gaudet. Idē ceſar fridericus priuilegia a duce heinrico ꝑhabita eis confirmans ꝑ bullā aureā vltro donauit vt ꝯſules viginti quatuor habere poſſent (qꝫuis numerus iſte ꝑ raro completꝰ ſit) Eoſqꝫ nobiles effecit vt aurū more equitū deauratoruꝫ (exceptis calcaribꝰ) deferre poſſint. Hec inclita vrbs munda ac nitida exiſtit in vertice ab vtraqꝫ parte decliui poſita vt aque ⁊ immundicies libere deſcedant ⁊ ob frequentes imbres vie purgantur. Eccleſia cathedralis quā ſummā vocāt in meridie ac fine ciuitatis ſita admodū longa ⁊ decora exiſtit. Ornatur hec vrbs ꝑter iſtā quatuor prochianis baſilicis que ſeptē turres celſas ꝑacutas ac pulcherrimas habent cupro ac plūbo tectas ac in ſummitate auro decoratas. Turris in ede ſancti petri corona deaurata cū armis ceſaris ⁊ vrbis inſignita ē. Omni quoqꝫ decore edes ſacre ornate extant. Inter has qnqꝫ eccīas baſilica glorioſiſſime virginis marie eminentiā obtinet Habet quoqꝫ duo monaſteria vnū ordinis ꝑdicatoꝝ. alterū ſancti franciſci. ac hoſpitale ad ſanctū ſpiritum. Ciuitas vero aquis ⁊ turribus muro ac foſſis admodū munita ē. Platee due longe ⁊ ample ꝑ vrbē poſite ſunt vbi edes recto ordine ſite ſunt extructe de lateribus ornatiſſime ac varie decorate exiſtunt. Cetere vie has cruciatim ſecant. Forū indies onuſtum piſcibꝰ ⁊ carnibus videtur ac aliis neceſſariis. Hilabiturqꝫ primo fluuius Baguiſo a ſeptentrione in meridiē inde in occidentē. Ante ciuitatē flumen trauus contrarie ex meridie in ſeptentrionē fluit impetu mare petens. In eo flumine nauigia minora a mari ad lubecū accedunt vſqꝫ ad murū cū maiores naues (onera plauſtroꝝ. cc.l. ducētes) in littore maris ꝑſtant ⁊ ob profunditatem ad duo miliaria ciuitati appropinquare nō poſſunt. Noniſſime anno M.cccc.xcii. epiſcopus Theodricus natus de hamburg cū rome confirmationem accepiſſet Lubecam ingreſſus vigeſimuſquintus lubicenſium eps̄ diuina gratia nunc glorioſe ꝑſidet. Cetera ornamenta vrbis ob longitudinem ſcripturarum ⁊ varietatem ſilentio pretereunda fore dignum duxi.




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Niſſa Sleſie inſignis vrbs. epiſcopalis ſedes ad Niſſam fluuium ſita a quo denominationem accepit, varijs edificijs ornata ē. Sleſia aūt a principio vaſte ſilue hircinie (apud grecos ⁊ latinos ſcriptores celebrate) porcio. vt tota plana ita ⁊ nemoroſa fuit. ſed temporis proceſſu ſparſim villis habitari cepta. Ubi aūt fidē xpianam incole amplexi ſunt conſtitutis oppidis ad mitiorem ē cultum redacta. Quā odera fluuiꝰ celebratiſſimus per medium totam perlabiť. ⁊ Olſa Niſſa Ola Liſſa Baruſio Cattoꝝ riuo Bobro ⁊ alijs fluminibus auctus. marchiā brandeburgenſem permeans in mare germanicū apud Stetinū vndoſus exonerať. Latitudo eius triū quidē. ſed longitudo nouem dieꝝ itinere a limitibus hungarie vſqꝫ in marchiam brandeburgenſem extendiť. Primus eius epiſcopatus ſedes Sinogrouie wartenbergeñ. diſtrictus fuit. Et inde Ritzinum territorij bregeñ. epalis kathedra ē delecta. kazimirus aūt illius nominis primus rex polonie vbi regia ſtirps maſculina defecit a monaſterio gallie cluniaceñ. vbi monachus fuit papa diſpenſante ad regnum polonie aſſumptus denarium ſancti petri viritim ſiue per capita in regno ſuo idcirco exigendum et romam mittendum inſtituit. Et ſedem epalem Uratiſlauiam transferri curauit. que nunc ē (vti p̄miſimus) omniū Sleſie ciuitatum non minus ampla ⁊ opulenta ꝙ populoſa ⁊ edibus ⁊ templis ornatiſſima. Eius antiſtes nunc ē doctor Johannes rott de wending eiſteñ. dioceſis olim imperialis prothonotarius ⁊ in eū ſtatū breui multa induſtria reduxiſſe fertur vt centum annis preteritis non fuerit menſa epiſcopalis fructuoſior ⁊ ſtructuris ornatior. Prouincia ipa frumenti ferax ⁊ piſcoſa. carnibus ferinis ⁊ volucribus habundaſ.

Preter Uratiſlauiā inſignia loca ſunt. Hec vrbs Niſſa epiſcopalis ſedes. Glogouia maior Legnitz Oppel Swedenitz Teſthen Olſna Franckenſtein Monſterberg Saganum Brega. Monaſteria complura inſignis ſtructure. Prouicia ipa regi bohemie ſubiecta quā ab imꝑio i feudū recognoſcit. multi antea duces et p̄ncipes hereditarij ipā nō tā poſſiderũt qꝫ vaſtarūt ⁊ impacatā reddiderūt ꝙ ꝓpter ceſuū exiguitatē ducalem ſtatum ducere nequiuerūt. rapacitati iccirco dediti. Nunc vero ē ad paucos redacta alijs ſtirpibus morte ſublatis. Qui non parum opibus ⁊ munitis oppidis florent. Cultus diuinus per Sleſiā longe plurimꝰ. Tēplaqꝫ totius orbis ſacerdotalibus ⁊ alijs ornamentis ⁊ ſtructuris honorificentiſſima. Status eccleſiaſticus ⁊ ſeculariū ⁊ religioſoꝝ vtriuſqꝫ ſexus numeroſus ⁊ diſciplinatꝰ. populus facundus ⁊ humanus. ⁊ deuotioni ſuꝑ omnes germanie incolas deditiſſimus. Nobilitas ē plurima ad arma aſpirās ⁊ martis amatrix. Sexus muliebris venuſtus quidē ⁊ affabilis ſed pudicus. Plebs ruſtica polonici ydeomatis agreſtibus laboribus deſidioſe incumbens potationi ē plus dedita. Inde ⁊ domus ⁊ agri eorū parū culti ſed neglecti. viles caſas habitant. Agricole vero alemani rus melius exercent ⁊ vrbanius domos pro ſuo captu conſtruunt. Sumptus multo leuiori precio ꝙ finitimis prouincijs cōparantur. Sed quod Sleſie immenſum aliquando detrimentū afferet ē ꝙ cenſuū dn̄i ⁊ poſſeſſores percepta pro loci ⁊ poſſeſſoris qualitate. nonnulla pecuniaꝝ ſumma annuente ſuperioritate ⁊ confirmante venditori annuū cenſum in bonis ſuis inſcribunt. quē vbi aliquot annis ſoluerint poſtea dare recuſant. Inde ruſtici (vt inter contrahentes pactum fuit) aut cenſuris irretiunť eccleſiaſticis aut pignora adimuntur. quod grauamen ipſi ruſtici ferre nequeūtes domos ⁊ agros deſerentes aliorſum fugiunt. que loca ſepe deſerta relinquuntur. Ex hoc potiſſimū capite Sleſia maius indies niſi prouideať ſuſcipit detrimentū. Prouincia alioquin laude proſequenda. Gēti potus ceruiſia. Uino ex morauia aut hungaria aduecto vtuntur. ꝙꝙ nonnihil vini in Sleſia apud croſnam habetur quod pro maiori parte extra prouinciā per oderā in pruſſiam ⁊ aliorſum deportatur. Preter pannos laneos exigui precij qui in hungariā deferunť ⁊ piſces in morauiā delatos nihil extra Sleſiā ſuis ex mercibus deportatur. Nimiꝰ etiā ⁊ virginū ⁊ mulierū ornatus auri ⁊ gemmarū ⁊ veſtiū cultus prouinciā non parū extenuant.

Ne hee vrbes inclite ac prouincie (quarū noticia tardius ad nos deuenit) laude ſua priuentur eas in hoc opere in fine addicere libuit. Profecto libere vrbes precipue lubicenſis. ſi diuitias. ordinē ſenatus. humanitatē moreſqꝫ populi. maris portū. ſitū ⁊ edificia perſpicere velimus. Digne igiť hiſtoria ac cōmemoratione. Poſtremo ſi vrbes plures qs adiūgere velit dať eis equa poteſtas.




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Ad deum optimū maximū de his que mirabilia geſſit pro iuſtiſſimo ⁊ excelſo Maximiliano rege romanorum

AUctoꝛ ⁊ princeps operoſe mundi
Quiqꝫ deceptis opifer fuiſti
Gentibus iudex. redditurus idem
Omnibus equus
Quam potens rerum fueras creatoꝛ
Quam datoꝛ largus redimis ſalutē
Quam reddis iuſtus trutinatoꝛ oꝛbis
Quam ſapienſqꝫ
Cū velis iuſtus homines tueri
Mirus es cauſe melioꝛis actoꝛ
Mirus iuſte domitoꝛ querele
Hoſtis iniquis
Suetus humanis animis preeſſe
Mitigas ſeuos. placidos acerbas
Sontibus ſontes agitas ⁊ hoſtes
Hoſtibus vrges
Noxijs addens ouium pauoꝛē
Foꝛtium iuſtis animos leonū
Militū multas acies retundis
Agmine paruo
Tu iubes ventis ſileant. ſilentqꝫ
Precipis ponto tumeat. tumetqꝫ
Imperas lune lateat. latetqꝫ
Sanguine tincta.
Uere canentes hyemes virenti
Turbidas celo pluuias ſereno
Sepe permutas. facies ⁊ vſus
Menſis ⁊ anni.
Tanta cū regi dederis romano
Audias voces. iuuenū ſenūqꝫ
Audias grates hominū. preceſqꝫ
Iuſta petentum.
Inde non ceſſes melior patronus
Cū ſuis regē populis tueri
Principē ſerua. ſobolē domūqꝫ
Adde triumphos.

O deus ſerues decus hoc precamur
Ceſari natū ſimul ⁊ nepotē
Indolis mire. videat regentes
Tempore longo.
Hiſqꝫ ſic patrē foueas auumqꝫ
Cuius exemplo pagant iuuentā
Et ſuis geſtis fuerit ſenecta
Gratioꝛ illi.
Sic regant oꝛbē dominando recte
Quo fidem nobis pius vt dediſti
Protegant ſemper ciciuſqꝫ vincunt
Illius hoſtes.
Et feros turchos, rabidaſqꝫ gentes
Pellere. ⁊ caſtris ſpoliaro victos
Ut queant regna ⁊ reparare quondā
Chriſticolarum.
Proſperos greſſus animiqꝫ motus
Auſtrie ſtirpis. faueaſqꝫ felix
Cepta quo a priſcis patribus per omne
Proroget eum.
Hec mari ac terra vigeat parando
Gloriam ſemper. ferat ⁊ ſubortus
Solis ⁊ caſus crucis alma ſigna
Nomine chriſti.
Inde celeſtium meritis triumphum
Conſequi tandē mereantur omnes
Cū bone legi dederint ſubactū
Roboꝛe mundū.
Hec rogat noſter choꝛus vt perennem
Gloriā eternus pater atqꝫ natus
Spiritusſanctus deus ⁊ ſequatur
Trinus ⁊ vnus.

Laus deo

UNIVERSITY OF LONDON WARBURG INSTITUTE

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute